 δ' ἀρχῶν ἡμῶν μία παρὰ τὴν  
 ὄψο τῶν δ' ἐπὶ Φον λαβῶν. ἐγὼ δὲ  
 καὶ αὐτὸ παρὰ τὴν διαδοξάμην(Θ)

dum honoranti illum parcimus. Et tu ita φριδendo & detestandum Severum qui Cleobulum curis implicat tibi quoque esse exosum demonstrando, persuadee ipsi quod etiam procul sedentes possumus propi<sup>9</sup> ulcisci. Nam tamen multa negotia tibi curæ sunt, multa enim Urbs suppeditat, tu que custos ipse propositus, tamen & hoc putabis ex usu illius esse, quod mali homines ingenii, prohiberi a malitia sua oportet.

## IX.

Pro alijs quando te rogavi, exi-  
 stimavi me illis tribuere benefi-  
 cium. At Olympio si quid grati  
 feceris, accepturum te magis  
 quam datorum beneficium exi-  
 stimo. Hic enim est, qui, cum vix  
 ex ephēbis excessisset, Macedoniæ  
 felicitatis autor fuit. Ab eo tem-  
 pore diligentius fugit imperia  
 quam alii ambierunt. Justitiz  
 autem ita se dedit, ut injuriam  
 passi ad eum confugiant, me-  
 tuant qui leges violaverunt. Ma-  
 gistratibus nostris unicum studi-  
 um, ipsum suffragantem habere.  
 Egomet in patris ejus succedens  
 amicitiam, cum ille tantos pro me  
 labores susceperit, laudes promtæ  
 ala-

ε) Hæ voces non existant in MSco Spanh. ς) MS. Spanh. ἴστο' ἐκείνης. ζ) Σαυῆρον.  
 θ) MS. Spanh. ἐπὶ τῶν δέδοκται. sed MS. Reg. ut supra & Mosell.

alacritati ejus rependo, patria referre non possum. Tu itaque viro vicem reddes, vel parva potius pro magnis retribues mea causa. Hic in nostrum cooptatus senatum a majore Senatu est. Condonabis enim mihi, quod majorem voco Senatum Romanum, cujus Tu membrum es. Contingat itaque apud vos illi, quod apud nos contigit. Quid enim his suffecit ut nomen ejus suis adscribe- rent. Aut potius neque hoc ei date, neque augmentum potestatis quærite. Nam quoque si optimi viri inquirantur, primus in his Olympius: nec omnium postremus ubi conferre aliquid oportet: & facile tibi fuerit facultatum ejus modum nosse ex iis qui huic negotio sunt impositi. Oportet tamen cavere, quando pecunias pendere oportebit, ne injuriam ei faciatis. Atque initio maxime, quando Senatores vocatis, ne ex illa re quicquam moveatis, (est enim apud eum spirans adhuc Mater, & ex hoc ipso ducens spiritum, quod filium videre coram licet) nec de profectio- nis mentionem, tota enim res, si tale quid fiat, perierit. Neque hæc tu male curanda in te suscipies, sed

b) Φιλίαν, ὁ μὲν ταῦτα ὑπὲρ ἑαυτοῦ ποιεῖ, κατ' ἐμὴν δ' ἔπειτα εἰς τὴν προθυμίαν, πρᾶξαι γὰρ οὐδὲν ἀνδραγαθὸν ἴσον. c) ἀλλὰ σύγε τὸν ἀνδραγαθὸν μακάριον, μάλλον δ' ἔπειτα ἀντιμοσάλων ὑπὲρ ἡμῶν αἰγίαν. εἴτε δ' εἰς τὴν ἡμετέραν μέγιστη βουλὴ ἀπὸ τῆς μείζονος. ἐπιγνώση δ' εἰ μείζω καλῶ τὴν Ῥωμαίων, d) σὲ τῆςδε ἐχέσης. γινέσθω τοῖσιν αὐτῶν παρ' ὑμῶν ἢ παρ' ἐκείνων. τί οὖν ἐκείνοις e) ἤρκα τ' ὄνομα αὐτῶν παρ' αὐτοῖς ἐγγεγραφεῖσθαι; μάλλον δὲ μήτε γὰρ δῶτε. μήτε μείζω τῆς δυνάμεως ζητήτε. ἐν μὲν γὰρ ἐξουσίᾳ τῶν αἰγίων, πρῶτος Ὀλύμπιος. οὐδὲ εἰσπηγκῆν δεῖ πάλιν ὑπὸ αὐτῶν γινῶναι δὲ σοὶ ῥᾶσον τῆς οὐσίας τὸ μέτρον ὡς τῶν ἐπὶ γέτω βίβλαγματων. δεῖ δὲ σὲ ὡς φησὶν ἡμεῖς ἀνδραγαθὸν φέρειν, ὅπως μὴ ἀδίκησῃς, καὶ ἐτι γὰρ πρότερον ἡμεῖς ἀνδραγαθὸν παλῆτε τῆς βασιλείας, ὅπως ἐφείδε μὴ κινήσῃς. μήτηρ γὰρ αὐτῶν ζῶσα ἐν ταῖς γῆδες κρείσσον. καὶ ζῶσα γὰρ δεῖ γῆτος, ὅτι ἔξω αὐτῶν ἔστιν. τ' ὄνομα δὲ οὐκ ἀνδραγαθίας ἐπέγχει, καὶ γὰρ πράγματι. εἴ τι γένηται

b) Cod. Reg. διαδοξάμενοι ita & cod. Spanh.

c) Mf. Spanh. ἴσον.

d) Mf. Spanh. Ῥωμαίων.

e) Cod. R. τί οὖν ἐκείνων; f) Mf. Spanh. ἢ γὰρ

γένηται ἢ τοῦτον, οἰχήσεται· ταῦ-  
τα ἢ οὐκ ἂν σὺ διαφθάρῃαι ἢ)  
δείξαι. πείσας ἰ) ἢ σαυτὸν ὡς ἡμῖν  
τε ἐκ τῶν αὐτῶν βοηθήσεις, καὶ τῆ φι-  
λοσοφία προσήκοντα πράξεις, καθά-  
ραν ἡμῖν παρασκευάζον τὴν ἀδείαν.

Θεμιστίω.

Ἀνδρόνικῳ ὁ ποιητὴς αὐτὸν διέ-  
δραμι πρὸς αὐτὸν τὰς μίχρας λι-  
θίσπων πέλους· ὡς εἰκὸς ἦν Ἀνδρόνι-  
κου τοῦτον ἀφιέναι μῦθον· καὶ τοι-  
τὸ τῆς μίχρας αὐτῶν καὶ τῆς πό-  
λεως πᾶσι δεκαλύσει μὴ πάντῃ  
δείξαι τὰ ἀγάλματα τῆς ψυχῆς,  
ἀλλ' ὅμως, οἷς ἠδυνήθη δείξαι, δέ-  
δακε τοῖς ἀνθρώποις ἐκάλειν πειτῶν  
οὐ φανέντων· ἐχαρίζετο ἢ ἡμῖν οὐ  
μᾶλλον διὰ τῶν ἑσπέρων, ἢ τῶν ἐπαίνων οἷς  
ὄχετό κατα σου, λέγων τὸν μὲν βα-  
σιλεία τιμᾶν σε πᾶσι οἷς εἶχεν, ἐυ-  
ρεῖσθαι ἢ ἔδεν ἰνδὲπω τῆς σῆς ἀξίας  
ἑγγύς· ἐμᾶ ἢ αὐτῷ παραινῶντι  
μὴ δευθᾶσθαι τὰς δεδομένας ἀρχαίς,  
ὡς ἐνὶ ἀρχῆν τῆ ὁμοῦ χ' εἶδεν· ἀλλ'  
ἐγὼ, φησὶ, ἤμι δώσων ἐμαυτῶν  
Θεμιστίω μαθητῆν· κάλλιον ἢ γούμε-  
νῶ του πολλῶν ἀρχῶν.

habebis persuasum simul & mihi  
te opitulaturum, & rem dignam  
facturum Philosophia, si plane se-  
curos eo nos nomine præstite-  
ris.

X.

Andronicus Poëta ita omni-  
bus ad Æthiopas usque civitati-  
bus se commendavit, ut consen-  
taneum fuit fieri ab Andronico  
tam melleum carmen edente, li-  
cet Matris casus & Urbis prohibuit  
eum omnes animi imagines pan-  
dere. Sed iis tamen quas licuit  
ei demonstrare, dedit homini-  
bus conjiciendas illas quæ non  
conspiciuntur. Nobis autem  
non carmine magis jucundus fuit  
quam quibus te profequitur lau-  
dibus. Ait enim ab Imperatore  
omnibus te quibus posset orna-  
tum honoribus nihil tamen reper-  
tum quod ad merita tua accederet.  
Cumque ego eum hortaret  
ut oblatos Magistratus amplecte-  
retur, licere enim simul & Remp.  
gerere & poëmata condere, at  
ego, inquit, Themistio me in  
disciplinam dabo, quod duco  
quam multis imperare, pul-  
chrius.

G

XI. Non

Libri V. Pars 4.

g) C. R. γέναιτο  
i) πείσασιν ibid.

h) Hæc vox non existat in Mss. Spanhemiano.

## XI.

Non itaque studio solum ac labore curiam repleas senatoribus, sed & dormienti tibi sagena. Celsus nostrorum hominum optimus, & idem inter vestros audire dignus, jam per se ad bonorum Virorum Synedrium bonus aptusque. Quamvis omnia movissemus ut hic Vir nostræ Reip. præficeretur, dixit tamen ipse se ad illam regionem proficisci quam Themistius sibi laudasset, Nec callidum commentum ignoro. Alii enim illuc currunt *πρὸς Βοσπορίων ἀγορῶν*. Huic autem minime cordi est magistratum gerere, sed sperat si civis vester fiat, tecum victurum, quod est in Philosophia vivere. In qua cum non parum Sicyone profecerit, maximos apud te progressus confidit se facturum. Mez quidem res deterius habebunt absente sodali qui opem ferebat, & in quem tristitia exonerat sublevabar. Hujus presentia destitutus dolebo. Sed modo Celfo bene sit, mez res utcunque se habeant, omnino ex ejus fortuna meam solabor. Nunc quidem ipsum Mater & ego multique urgebamus ut si posset ante hiemem nobis gratificaretur & ad vos tenderet. Sed rescriptum de eo, profecturum prævertit. In

## Θεμιστίου.

ἐκ ἄρα τῆς ἀποδοῦς μόνον πλεονεξίαις τὸ βουλευτήριον βουλευσῶν, ἀλλ' ἤδη καὶ εὐδοντι κίβητος κέλευστος γὰρ ὁ τῶν μὲν παρ' ἡμῶν ἀριστος τῶν δὲ ἐκείνων μετὰ σε τῆς ἀποδοῦς ἀξίως κέλευστος ἐπ' ἀγαθῶν συνόδων ἀγαθός. καίτοι πάντα ἡμῶν κενώθησαν, τῆς ἀνδρα τῶν παρ' ἡμῶν προσηγορίας πραγμάτων. ὁ δὲ ἐφασκε χάριν δύναιεν ἢ ἐπὶ τῆς Θεμιστίου καὶ τῆς σοφισμῶν ἐκ ἀγνοῦν. οἱ μὲν γὰρ ἄλλοι βόσπορον ἐχθροῦ ποδῶντες, ἐκείσε τρέχουσιν τῶν δὲ τῆς μὲν ἀρχῆς ἢ μέλει νομίζουσι, οἱ παλινοὺς ὑμέτερος γίνονται, μετὰ σὺ βιωσάμενος. τῆς δὲ ἐστὶν ἐν φιλοσοφίᾳ βιωσάμενος. Ἡς ἐκ ὀλίγου ἐν Σικυωνίᾳ μετασχῶν, μάστιγα προσδεκῆ μετὰ χάριν σου. Ἐμοὶ μὲν ἔν ἐξουσίᾳ τῶν ἐπιτηδευμάτων χάριν τῆς ἀποδοῦς βοηθῶντος ἀπὸ τῆς, καὶ πρὸς ἐν ἐκφύρων τὰ λυπῶντα ἡμῶν ἐγγυόμην, τῆς τὸν ἐγγυὸς ἐκ ἔχων ἀνάσσομαι. γηγνέσω δὲ ἀγαθὸν τι κέλευστος, καὶ τὰ μὰ ὅποι βέβληται χωρεῖται. πάντως ἐκ τῶν τῶν ἀποδοῦς ἀποδοῦς τοῖς ἐμοῖς. ἐν μὲν ἔν ἢ τὴν μήτηρ καὶ ἐγὼ καὶ πολλοὶ κατέχομεν τῆς. ὡς ἐν ἡμῶν τὴν πρὸ τῆς χερμῶν χάριν ἀγαθῶν καὶ παρ

καὶ παρ' ἡμᾶς ἐλθῆν. ἴφθην δ' αὐ-  
τὸν ἢ πρὸ αὐτῆ δέλεο. εἴφ' ἢ τὰ  
εἰωθότα πράξεις ἐξοστρηῶν ὅπως  
μέτριοι ἔσαι τὸ ἀπάλωμα. εἰδοὺς γὰρ  
ἡμῶν, εὖσαι χαριέστερον, ἢ δὴ πολιτὴν  
αὐτὸν γογγυμένον, ἢ γοιησόμενον ἰέναι.

## Θεμισίω.

Ὀμολογῶ μὴ πυκνὰ γράφειν. ὡς τε  
καὶ νῦν ὅτι γέγραφα Φαυμάζω. τί  
ἂν ἀδικῶντες ἰναγκάσαι μὴ σιγαῶν  
ἢν ἂν ἐπιστολὴν λάβῃς, τοῖς ἐν-  
ταῦθα εὐθὺς ἔγνωσαι. καὶ προδι-  
δέητες τὸν Φίλιον, ἐν τῷ Καρὶ κιν-  
δυεύσω οἶεσθε. εἴθ' ὑμῶς μὲν ἐπ'  
ἀγορᾶς δέκνυτε τὰ γράμματα. πνεύ-  
μα δ' ἐκείθιν ἀεθεῖν καὶ δεῦρο ἰμπε-  
σὲν, κύματα ἡμῶν ἐγείρει. καὶ ποιεῖ  
ταῦτα ἂ Μακεδόνιος εἰδώς εἰ τις ἔξειτο  
διδάξαι. τὴν μὲν ἂν πλοῆν ἐκείνην  
εἰς ἂν ἰάσαιτό τις. δέομαι δ' ὑμῶν  
μὴ προθῆναι δευτέραν. ὅταν δ' ἔμοι  
παρὰ πῶς μὴ τῷ πράττειν εὐ τῶν Φί-  
λων ἀμνημονῶν. αὐτὸς ἐπιλελήσθη  
Φλίππ τῶν Φίλων. ἐμὲ δ' ὅτι τέτων  
δὴ τῶν τοῖς πολλοῖς δοκούντων ἀγα-  
θῶν ἂν δὲν ἂν δὲ πῶποτε ἐπῆρει, πάλαι  
μὲν ἤδεις, νῦν δ' ἂ βέβαια. Καίτοι μοι  
πολλὰ κίς ἐπιτιμῶν ὅτι γὰρ τῶν ἀρχόν-  
των δυνάμεις ἐκ ἡξίαν θραπέυειν.  
ὅ τ' ἔστω νῦν πλῆσιον φυλάττεται, ὅσ' ἢ

quo facies ut soles, atque ut me-  
diocris sit sumtus, cavebis. Visum  
enim nobis est pulchrius, civem il-  
lum jam factum quam demum fu-  
turum ad vos commutare.

## XII.

Profiteor me non crebro ad vos  
scripturum, & nunc etiam quod  
scribo miror, & quod injuria mea  
silentium rumpendum coegistis.  
Nacti a me Epistolam statim omni-  
bus, qui illic sunt, notam facitis  
atque ita DEum amicitiae præsi-  
dem cum prodatis, in vili Caris  
capite putatis vos periculum fa-  
cere. Sic vos quidem in foro  
litteras publicastis, at turbo inde  
sublatus huc irruit & fluctus no-  
bis excitavit, effecitque ea quæ  
Macedonius novit & desideran-  
tibus vobis exponet. Hanc  
quidem plagam non facile ali-  
quis sanaverit, interim rogo vos  
ne alteram illi adjungatis. Quod  
vero mones me ne rebus pro-  
spere fluentibus amicorum im-  
memor sim, ipsemet potius ami-  
corum dememinisse videris. Pri-  
dem enim constat tibi quod ho-  
rum quæ vulgus putant bona ni-  
hil effert animum meum. Nunc  
autem non vis hoc tibi persua-  
dere, licet sæpe me reprehende-  
ris quod eorum qui in imperio  
sunt

sunt potentiam adulari noluerim, quod nunc tanto magis a me cavetur, quo magis confidere jubet Patrizæ fiducia. Ac licet vel maxime illud in felicitatis parte duxissem, alii jam potentia valent, illi nempe qui & nos potentia exuerunt. Vide igitur quis tibi nunc reconciliatorem se præbiturus sit iterum, ego enim rem in me suscipere ei quæ medelam afferre vereor.

## XIII.

En quam pridem texere cepisti telam ad finem nunc perductam. Lingua Harpocratonis erepta nobis a te est & tributa nihil eadem indigentibus, nodusque Gordio ad solvendum difficilior solutus, vel potius illius exemplo qui solvere non poterat dissectus. Equidem, si persuasisse atque ita tibi habuisses, dicerem te soluisse, nunc tum coegeris, dissectuisse affirmo. Tu vero subrides credo, & potentiam tua efferens te, quicquid vis rapis. At præles ille tuus Jupiter a quo descendisti & ad quem abiturus es, cum facile illi esset terram attrahere & mare, attraçtaque in sublimi relinquere, minatus dantaxat hoc  
\* non executus est: Tu vero

προσβίθῃσιν εἰς τὸ θαρρῆν  
καὶ μὴν εἰ καὶ σφόδρα εἶπες  
ὡς τῆτ' εὐτυχίαν ἄγειν,  
δύνασθαι νῦν, τῶν καὶ ἡμᾶς αἰεὶ  
δύνασθαι. Ζήτει ἔν ὅσῃ  
ζεταὶ τὰς διαλλαγὰς. εἰς δὲ  
δομακῆν ἔπραγματῶμαι αἰεὶ  
ἀκεσίας γένωμαί.

## Θιμισίω.

Ἰδοὺ σοὶ τὸ πάλαρ  
ἐπιτέλω ἤκει. Τὴν ἀρετὴν  
ἡμῶν ἀφελόμενος γλαυκῶ  
καὶ τοῖς ἕδεν δεομένοις,  
μὲν χαλεπώτερον εἰς λύσιν  
δὲν λέλυκας, μᾶλλον ἢ  
κατ' ἐκείνον τὸν ἔδνηθῆναι.  
Εἰ γὰρ ποῖσας εἶχες, εἶπον  
ἀλυκέναι, νῦν δ' ἐβιάσω  
σε ἱεμεῖν. καὶ μειδιᾶς δὲ  
φρονῶν ἐπὶ μεγάλην τὴν  
καὶ πᾶν ὅ, τι αἰθέροις.  
Ὁ Ζεὺς δ' ἐκέλευε, ὃ σὸς  
της, καὶ παρ' ἔκαλεβης,  
ἐν ἅπει, πρὸ χειρὸν ὄν γῆν  
λατταν ἀναπάσαι, καὶ κρε  
αἰφέναι μετώρης, ἢ πεί

\* Iliad. 9. 24. Jupiter: αὐτῆ κεν γαίῃ ἐρύσασιμ' ἀνιῆ τε θαλάσση  
Σειρήν μὲν κεν ἔπειτα πῶβίριον Ουλύμπειο.  
Δεισαίμην, τὰ δὲ κ' αὐτὸς μετήορα πάιτ.

& pallium cum cæteris in quibus adhuc sumus omnibus. At cum videret hos qui instituendo statum terunt, larvis tenuiores esse, (te Socratem excipio, tu enim bene vales, cæteri umbræ) \* hoc inquam videns, cicadarum rebus relictis ad milites se contulit, multosque qui aliis injuste facerent, vulneribus affecit, injuriis affictos liberavit, honestumque potius quam numos multos curare a Maximatibus creditur, cujus rei & præsentia tibi fidem possunt facere, & splendidioris habitus, quæ proposita ipsi spes est. Pulcherrimum in eo, quod juvenes nauseantes fugit, at facultatem quam possidet eloquentiæ sibi servat, cujus periculum & audienti & dicenti tibi licet facere. Nam & commovere auditorem & permoveri pulchra oratione potest. Cum in omnibus probandus sit, in uno peccat, quod tamen tu ipsi fortasse condonabis, multo me amat amore, atque hoc ipso in nimias mei laudes effunditur.

κατὰ πολὺ βελτίων. Ἦν μὲν γὰρ αὐτῷ θρόνος καὶ τρίβων, καὶ τ' ἀλλὰ δὴ πάντα, ἐν οἷς ἡμεῖς ἐπιτὰς δ' ἐν τῷ παιδεύειν διατρέβοντες ὄρων εἰδώλων ἀδουεσίτεραι, Σωκράτην ἢ ἐξαιρῶ ἔ' λόγε. σὺ μὲν γὰρ ἰσχυεῖς. ἀλλὰ τὰ γε τῶν ἄλλων σκιά. Ταῦτ' ἐν ἰδῶν, ἀφ' οὗ τα' ἴων ἰετρίων, γίνεται τῶν ὁπλητῶν. καὶ πολλὰς ἤδη καὶ ἔτρωσεν ἀδικητίας, καὶ ἔσωσεν ἀδικημένους. βλέπον ἢ πρὸς τὸ καλὸν μάλλον ἢ πρὸς ἀργυρίαις πολλῶν, ὅσοι γε τῶν δυνατῶν περὶ σέθενται. τὰ παρόντα δὲ σε παύεται. καὶ σχῆμα λαμπρὸν ἐν ἐλπίσει κάλλιστον ἢ αὐτῷ, τὸ μὲν τὰς ναυτιώϊας νέες φεύγειν, τὸ κτήμα ἢ φυλάττειν τῶν λόγων. Ἔξει δὲ σοὶ πείραν λαβεῖν καὶ ἀκρόσι καὶ λιγόντι. σέισαί τε γὰρ δευρὸς ἀκροῖ μινον, καὶ ταυτὸ παθεῖν ὑπὸ κάλλους λόγων. πανταχῆ ἢ ὡς ἀγαθὸς ἐν ἀδικεῖ, ὅσοι σοὶ δ' ἀν' συγγνώμης ἴσχυει, πολλῶν τῷ φίλῳ πέχεται πρὸς ἐμέ, καὶ ἴδ' αὐτὸν οὐκ ἐπάνων ὑπερβολὰς ἐκφέρει.

## XV. Ex

\* In Joh. Sommerfeldii versione hoc loco adfuta sunt ex alia Themistii Epistola hæc verba: *Ἡς ἰσχυροὶς προφίσις, εὐπλοῦς καὶ ἀπολαύσις, ὅσοις ἡμεῖς ἐπιπλάττειν ἔβουλομεθα, ὅσοις ἡμεῖς ἐπιπλάττειν ἔβουλομεθα: plantas statim ostendere, cujusmodi fructus prolaturæ sunt. Plura scriberem, nisi compertum haberem, laudatum amatorem etiam quæ verisimilis sibi non credit.*



*Ex Johannis Sommerfeldii versione.*

## XV.

Ut ad te, quod promiseram, non venerim, causa honestissima fuit. Neque enim potui Juliano me ipsum negare: cui plusquam mihi ipsi debeo. Tu cur non scripseris, divinare non possum.

## XVI.

Gratis mihi fuit proxima epistola tua: quandoquidem ejus desiderium diuturnum mihi fuerat. Neque vero sum is, qui velim te arbitrari mendacem. Quanquam enim difficile alio scribente crediturus fueram, ex multis epistolis a te scriptis & ad me missis ne una quidem accepta, posse te diligentem in scribendo videri: tamen quia ipse scribis, non possum tibi non habere fidem. Sed male perdantur qui tuarum litterarum tabellariis insidiantur: arbitrati quod ego certissime credo, argentum atque aurum se furaturos, si epistolas tuas acceperint: aurea namque verba scribis. Sed quid ego alios accusem: quum tabellarii ipsi (quod verisimilius esse potest) reddere nolunt ut jubes litteras tuas? Itaque quod unum remedium est, illud non tacebo. Si cupis mihi reddi epistolas tuas, de eas hominibus qui ingenium tuum ignorent: & litterarum expertes sint. Nam & istuc major tibi hujuscemodi hominum copia quam doctorum est.

## XVII.

Tandem longum silentium rupimus, sed in me, dormientem canem excitavi. Quum enim joco scripsissem suspicari me ne litteras tuas aureas arbitrati nonnulli tabellarii sustulissent: epistolam conviciis plenam ad me dedisti. quanquam pro meo erga te amore verbera nedum maledicta & quo animo ex te pati possum. Aureas ego certe tuas existimo litteras: cujus argumentum apertissimum esse potest: quod eas quam sæpissime efflagitavi. Verum ne multis verbis epistola tibi molesta sit, brevi tibi persuadeas. malle me abs te plenas furore accipere litteras, quam nullas. Itaque si aliter ad scribendum impelli non potes: quotidianis litteris mihi maledicas. Nam ego ex eloquentia tua tantam capio voluptatem, ut maledicta facile contemnam.

## XVIII.

Diano & mater & patria est, quam tenes. Non potuit igitur patri se vocanti non morem gerere: patria vero ei dulcis est, quia patria

patria est. Horridum vero est ei, quod in paupertate ministro-  
rum necessitates expectat. Quum itaque & matri eum gratificari  
vellem, & eum non malum habere fas sit: visum est mihi, ut primum  
ad te proficisceretur. Inde Palladis opem accipiens omnia aggredie-  
tur: hujus enim deæ præsidio vel stragem effugere possit. Operæ  
pretium non fuerit huic porrigere manum: primum quidem quod  
maximam abs te petentibus opem tulisti: qui nullo beneficio te de-  
meriti essent: nihilque rogatu amplius fecissent. Deinde quoniam  
meos familiares non potes dicere non esse tuos. Tertio quod si ve-  
lis primo loco ponendum est: quoniam affinis Aristzneti hic est.  
Unde fit ut quum ei gratificeris quod me amas, ad hoc ipsum tua quo-  
que erga eum benivolentia adducaris. Verum ut alia omittam: bene-  
mereberis de viro, apud quem multos de te sermones inveneris, non  
in labris sed in memoria & in animo sitos: aliosque per quos signifi-  
casti te factum esse oratorem. Hunc autem sermonem Clemen-  
tius ad nos tulit quasi nihil scriberes, nos autem scientes repperit non  
minus quam se. Dicerem vero hunc ipsum esse mihi filium  
meorum multis ex causis. Cæterum vera & minime obscura The-  
mistio loquar.

### X. Themistii locus de Empedocle.

Apud Themistium hæc verba occurrunt Oratione duode-  
cima, qua Jovinianum Imp. Christianum ob sancitam lege Religio-  
nis libertatem celebrat: Ἀγαθὸν μὲν ἐν καὶ τὰς ἀλλὰς ἔ νόμος προσ-  
ῆκει τὸν θεοτάτον Αυτοκράτορα, μάλιστα ἧ ὅς ἐκ ἐφίση μόνον τὴν ἐλευ-  
θερίαν, ἀλλὰ καὶ τὰς θεομὲς ἐξηγεῖται, ἔ Φαυλότερον Εμπεδοκλέα, ἔ  
μὰ Δία, ἐκεῖν ἢ παλαιῦ. οἶδε γὰ ἀκριβῶς, ὅτι τῶν ἀνθρωπίνων ἀγα-  
θῶν ἐκάστῳ ἀπάτη καὶ φανατισμὸς ὡς ἀπέπηγε, καὶ ὑποδύεται μεγα-  
λοπρέπειαν μαγγάνεια, καὶ ὑσέβειαν ἀγυρτεία. καὶ ἀξί τῆτο τὰς  
προάγει, τὰς ἧ κωλυσι &c. Quibus verbis videtur Themistius in-  
nuere Empedoclem quendam juniorem, eumque conferre cum illo  
veteri, inter Pythagoricos Philosophos longe celebratissimo.

Ecquis vero ab Oratore novi Empedoclis nomine tangatur,  
eruditi viri non indignum putaverunt inquisitione. Itaque Petri-  
vius interpres Themistii, obscuritatem loci præsatus hanc suam con-  
jecturam in notis ad illam orationem lectori proposuit. *Empedoclem  
opinor Christum Dominum Gentilis homo atque impius vocat, quasi se perinde*

us Empedocles Deum haberi voluerit, eodemque ipso suo conatu mortem sibi arcesseverit. Sed aperte de Christo dicere non ausus est, ne piwm & Christianum Principem offenderet. Atque utinam hac ille qua dicit aliam sententiam pati possent. Magna quippe redemptum velim, ut ne tam consceleratum di&um elegantissimis hisce scriptis illigatum fuerit. Petrus vero Petitus libro 2. Miscellaneorum observationum cap. 13. testatus est sibi Petavianam illam suspicionem improbari, nec probavit se illa cuiquam ex do&is quod sciam. Idem porro gaudet se in feliciorum, atque ut illi videtur certissimam Themistian& sententia& interpretationem incidisse. Nempe Empedocles est Peregrinus Philosophus iste Cynicus, de quo Gellius, & Lucianus, qui patria profugus in Palaestina Christiana militia nomen dedit, & doctrina ita eminentis super alios Christianos factus, ut sacros libros enarraret. & Christianis Magister, Propheta, omnia esset: qui denique Christianismum ejuravit, ad Cynicam sectam se contulit, & demum insano gloria amitt& furens, pyra exstante, Olympia in totius Gracia conventu se sponte flammis absumendum dedit exemplo Empedoclis. Sed ecce tibi pr&stantissimum atque eruditissimum Leidensium Theologum, Stephanum Lemonium in prolegomenis ad Varia sacra, Petiti quoque sententia& renunciantem, eaque verius aliquid & oratoris menti accomodatius promittentem. Themistius reputans Empedoclis doctrinam, famam, honores, facinus, committensque cum animo, doctrina, fama, laudibus, fortitudine Polycarpi Martyris infacile & pro sua innata & oratoria dicendi facultate potuit Polycarpum vocare juniorem & alterum Empedoclem, cujus doctrinam, sapientiam, merita aequaret Jovianus Imperator, orationis Themistiana ingenium & maximum argumentum. Qui variis legibus & edictis Imperio se commendaverat, sicut Polycarpus apud Christianos variis scriptis ac Epistolis olim inclaruerat. Equidem fateor mihi etiam lectis iis, quae ad refellendam Petiti sententiam a Lemonio scripta sunt, nihilominus eam non desuisse verisimiliorem videri Lemoniana, siquidem juniorem quem Empedoclem a Themistio perstringi ponamus, uti Petito suffragari etiam non dubitat Cl. Menagius p. 382. ad La&rtium, edit. Westenian&. Quo diligentius autem Themistii verba perpendo, nullum in illis deprehendo novum Empedoclem, sed de antiquo solum sermonem esse contendo. Nam vocula  $\eta$  non connectenda est cum verbis  $\epsilon\lambda\acute{\omicron}\nu\varsigma$  &  $\pi\alpha\lambda\alpha\iota\acute{\omicron}$ , sed respicit ad id quod pr&cesserat, atque idem est ac si dixisset Themistius,  $\epsilon$   $\Phi\alpha\upsilon\lambda\acute{\omicron}\tau\epsilon\rho\varsigma$ ,  $\mu\acute{\alpha}$   $\Delta\iota\acute{\omicron}$ ,  $\epsilon\pi\iota\theta\epsilon\tau\acute{\omicron}$

H

*ἰκάνῃ ἑπαλαίῃ.* Itsque simplicissima & verissima verborum Themistii expositio esse videtur, quam reperi in Merici Casauboni, digni tanto parente filii notis ad Marcum Antoninum pag. 87. seq. Unde patebit cum veteri Empedocle conferri Jovianum Imperatorem. Casauboni verba haec sunt: *Nullam in rebus humanis bonorum esse, cui malum vel opertum & manifestum, vel specie boni fallens annexatum non sit, ex adverso (τὴν τῶν πραγμάτων ἀντιθεσίαν eleganter vocat Plotarchus ad illam de qua diximus elementorum contrarietatem fortasse alludens) oppositam, eamque vetustissimam, facti seu providentia legem esse, tot ex antiquis sunt qui observant, ut qui dixerit quam qui non dixerit, invenire difficile sit.* Ut igitur Platonem, Theophrastum, Dionysium Halicarnassensem, Diodorum Scalarum, Dionem Chrysostomum, Longinum & Euthymium alios Graecos, ut Procopium Christianum aut fere Christianum potius, ac Gratos Patres, aut Latinos Patres, alios ve cujuscunque generis omittam. Themistius ipse jam supra Orat. 3. aliis verbis eandem sententiam complexus erat, ut ait: Sane unumquodque eorum quae in hominum vita sunt bonorum, periculo semper aliquo lectum & obvolutum videtur, nullumque est contrarii penitus expers ac sincerum: Nec absurde quidam Kenicus Poëta dixit nullum in vita bonum esse, quod radice ab omni, qualis arbor, prodeat, sed semper illi, quod malum est, adhaesitum. Laudat igitur Themistius Imperatoris edictum, non eo solum nominis, quod religionis optionem liberam reliquerit, sed quod eadem lege quae id permississet, grande ipsum arcantum (Θεομάς ipse vocat appositisimo vocabulo) ab Empedocle veteri Philosopho primum animi adversum & licetis proditum, de boni maliq; consilio & indissolubili nexu disertis verbis exutus sit: aut si non disertis ille verbis, at ipso tamen effectu propositoque legis, (factum ut Themistius proposita suo inferiens interpretatur) insinaverit. De Empedocle Plotarchus ait ἐπὶ ἐπιδημίας τούτου. Παλιῶρον ἔστι, ἄρμονία κόσμου, ἀσφάλας καὶ ἰσότης, καὶ τῶν ἀνθρώπων κατὰ τὸν αἰῶνα εὐδαιμονία. Et post laudatum Euripidis eundem quem laudat Theophrastus in eam rem locutus pergit: ἔστι (ὡς ἰ. Ἰβνιανδρὸς φησὶ) ἀπαντὶ δαίμων ἀνδρὶ συμπαρασπῆξαι ἄνδρὶ γυναικὶ μὲν ἀγωγὸς ἔστι βίῃ ἀγαθῇ: ἀλλὰ μᾶλλον (ὡς Empedocleως) ἄσφατος τῆς ἐκείνου ἡμῶν γένεσος ἀφ' ἧλα μὲν ἄσφατος καὶ ἀσφάλας καὶ δαίμονες. Et post protulit Empedoclis versus (verbis ut peritae sunt Empedoclis non asistatis quidem, sed id tamen ipsum quod Themistius hic, non obfate si quis attendat, insuperabis) ita pergit: ὡς ἔστιν ἡμῶν ἀσφάλας τῶν παθῶν ἀνακαταρτῆρα δαδὸς μὲν ἡμῶν ἔστι γαί.

γνῶσκω, καὶ λέγειν ἄλλα ἀντιμαλῶν ἀπίστω. Cetera apud ipsum legantur. Themistii sententia sic exposita & ex una tantum versum posita, de verbis videamus, que esse longe aliter accipienda quam voluit interpres, minima tamen & fere nulla mutatione sic scribenda censeo. ἀγαθῶν ἰδίῳ ἢ καὶ τῶν ἄλλων (i. e. malo quam τῶν ἄλλων, quod tamen ferri potest, nec sententia quam volumus incommodat) ἔ νόμῳ προσήκει ἢ δουρτάσῳ αὐτοῦ κρείττονα, μάλιστα ἢ οὐκ (id est ἴστω vel ἔκρινον οὐκ) ἢ ἐφῆσι μόνον &c. Dignus, inquit Imperator, quem venerantes admitemur, cum ob alia que lege illa continentur, tum precipue, quod non solum religionis libertatem indulgeat, sed & æternas illas leges a Deo latis non minus perite, non ille (Imperator scilicet) per Jovem, (elegans hæc ἀναδ. πλωσῆς seu τίξουξῆς est dicenda, non intellecta præcipue decepti interpretationem) quam vetus ille Empedocles explicet. Hætenus Mericus Casaubonus. Sane hæc mihi verisimiliora etiam visa verborum Themistii expositio, quam quæ novissime ad illum locum allata a doctissimo editore his verbis: *Quovis ego rigore contenderim potes eas que proxime hæc ἢ Θουδωρεῶν Ἐμπεδοκλέως sequuntur, ἢ, μὴ δὴ, ἐκρίνῃ ἢ πῶλαι, inutile γινώσκω glossema esse, quædā sane multa in Themistii textu irrepsisse animadvertimus, nam neque ullo modo coherent cum oratione reliqua, & id æτυμολογίῳ nihil admodum hic superest difficultatis aut salutarum, unde se quisque expedire nullo negotio non possit, Gratulandum enim Imperatori aī ob sanctam in Religione servanda libertatem, sed ab illis maxime, quarum jus visusque didicisti & explanas, nihil deterris quam Empedocles olim fecisse prohibetur, quomodo nunc ut refert Suidas consuetudine Dæorum usum didicisti ex illis δὴν ἴδῃ ἀνθρώπων χάριτι καὶ δὴν ἀχθῶσαι, cum ceteri mortales in explicanda Dæorum natura & cultu conjectura solummodo & opinione, aut omnino errors ducantur. Ad hunc enim morem Jovianus Augustus, cum intelligat ad venositas a sacrificiis (Ethnicorum scilicet, quorum ritibus additum fuisse Themistium certum est) & a religione ad superstitionem facilem prælapsorem esse, sic γαλασκῶν ritus fecernit a ceteris, ut istos eis condonet, illis interdicat: quod cum sapienter admodum sanctum sit, hos ipsos quorum in rem ad maxime ad gratulari Imperatori oportet,*

## CAPUT XIX.

## De BASILIO Magno &amp; Seleucienſi

1. *Basilii Magni etas & vita.* 2. *Recensio Alſi Basilii ultra triginta.* 3. *Editiones Basilii Magni operum Latina, Græca & Græcolatina.* 4. *Scripta ſingula in editionibus Græcolatinis comprehenſa, cum variis obſervationibus.* 5. *De Basilii vel qua ſub ejus nomine feruntur, & que in editione Græcolatinis non exſtant.* 6. *Precatio ab H. Hammond edita.* 7. *Index eorum ad quos ſcripſit & quorum in Epistoſis meminit Baſilius.* 8. *Index Homiliarum & Epistoſarum S. Baſilii, aptis ordine Alphabetico ſingularum initiis.* 9. *De Baſilio ſeleucienſi ejusque ſcriptis.* 10.

**B**ASILIVS, magnus ille Veritatis doctor a) atque Doctor imprimis de Spiritu S. catholicæ Vindex & aſſertor pius, natus Neocæſareæ, quæ ante Mazacæ, in Ponticæ padocicæ regione circa A. C. 316. b) parentibus communi tum in illis locis virtutis Magiſtro c) & Emmelia avia Macrina dicam, cujus memoria inter ſanctos 14. Januarii recolitur, quemadmodum parentum 30. Maji. e) Frater ſancti Petri Nyſſeni, major natu: & Neocæſariæ Monachi, Petrique Epicoſti baſtæni, & Macrinae † fororis. Eloquentiæ & artiſtici Magi præclaros habuit Antiochiæ & CPoli Libanium, Athenis ubi ſu-

a) ὁ μέγας ἡ ἀληθείας διδάσκαλος. Zachariæ Mytilenæo p. 224. editæ, καὶ αὐτοῦ τῆς Ἐκκλησίας, S. Athanaſio Epicoſti, ad Palladium Preſbiterum p. 734. ὁ ἐνδοξὸς ἡ οἰκουμενικῆς Φωσῆς, Gennadio Epicoſti de prædeſtinatione

b) Vide Acta Sanctorum. T. 7. Maji p. 658.

c) ὁν κοινὸν παιδευτὴν ἀρίστης ὁ Πτόνιος τῆς παντὸς περιβαλλέſο. Nazianzenus Orat. 20. p. 324. Palladia quam matrem memorat Baſilius Epicoſti, 366. mater ſed cognata quam matris loco veneratus eſt.

d) Bollandus in Actis Sanctorum. T. 1. Januarii p. 952. ſeq. Meminit avia hujus Baſilii Epicoſti. 79 p. 895.

e) Papebrochius T. 7. Act. Sanctorum. Maji pag. 242. ſeq.

†) Vide Nicephorum X. 19. & Nyſſenum in elogio Macrinae.

*Pseudo Amphilocheus* (seculi IX. scriptor ut videtur) de vita & mira S. Basilii. Dixi de illo lib. V. cap. 12. pag. 505. sed jam partem ejus extremam quæ in Combesii editione non est vulgatam ex Codice Vindobonensi a Lambecio VIII, pag. adde pag. 382.

*Joannes Damascenus* Orat. 1. de imaginibus T. 1. edit. praeclaræ quiniæ pag. 327. laudat *Ἰὼν Βασίλειος ἔ μακάριος δι' Ἑλλάδα αὐτῷ μαθητῆς καὶ διαδόχῳ τῆς ἰεραρχίας Ἰωάννη*, B. Basilii scripta *Helladio discipulo ejus & successore*. Sed illa jam pridem inedit, licet partem ejus ex Anastasii Bibliothecarii versione h. se se MS, testatur Baronius ad Martyrolog. Rom. ad Calæ Januarii.

*Simeon Metaphrastes* de S. Basilio, (quem Græce MS. testatur esse *Heribertus Rosweidus*.) & *Græcorum Menas* 1. Januar.

*Gregorius presbyter* in vita Greg. Nazianzeni.

*Johannes Euchaitensis*, *Philothemus* CPO). *Nicolaus Cabasilas*, *Theodorus Edessita*, *Matthæus Camariotus* in tres Hierarchas qui sunt Basilii Nazianzenus & Chryostomus, & quorum memoriam junctè celebrant Græci 30. Januarii. Ex his solus *Philothemus* editus cæteri MSi adhuc feruntur, ut dixi lib. 5. c. 15. p. 558.

*Philostorgius* VIII. 11. 12. 13. *Socrates* IV. 26. *Sozomenus* VI. 15. *Triplicius* VII. 36. *Nicephorus* X. 17. seq. &c.

*Phebius* Cod. CXLI. seq. Bibliothecæ.

*Hieronymi* c. 116. *S. E. Theodoresi* IV, 19. & præf. in Canticum *Augustini* contra Julian. Pelagianum, *Suida*, *Gaudentii Brix.* *Vincentii Lenensis* & *Theodori Prodromi* loca S. Basilii operibus a Parisiensi præmissa sunt.

### III. Scriptores recentiores.

*Joh. Baptista Mamuani* de vita S. Basilii libri II. carmine Heroico.

*Erasmus* iib. XXVIII. edit. Londinensis, Epistola 7. ad Jac. Sadolet quæ loco præfationis præmittitur editioni Græcæ Basilii A. 15 Vide etiam lib. XXIX. Epist. 90. seq.

Oratio de S. Basilio inserta T. 3. declamationum *Witebergensi* pag. 716. seq.

*Godfridus Hermantius* (*Tillemontii* memoriis tunc adhuc ineditis usque in vita Basilii & Nazianzeni Gallice scripta, Paris. 1674. 4. duobus Voluminibus. Laudat *Bærtius* ea que usum se proficitur T. 2. A Sancto. Junii p. 810.

*Memoires* tomo IX. memoriarum Historiz Ecclesiasticz, edito Paris.

1703. 4.

*Franciscus Baërtius* in vita Basilii T. 2. Act. Sanctior. Junii p. 807. seqq.

*Mathew Raderus* in viridario Sanctorum p. 24. seq.

Omitto velut notiss. Centurias Magdeburgenses Centuria IV. Baroniumque & alios Annalium & Historiz Ecclesiasticz scriptores, atque Eliam du Pin Tomo secundo Bibliothecz suz & ceteros qui de Scriptoribus Ecclesiasticis egere. Antonius Possevinus in Apparatusacro etiam de Codicibus scriptorum Basilii manu exaratis qui in Bibl. Augustana, Messanenſi & Monachiensi existant, monet, atque in versiones varias scriptorum Basilianorum observationes complures cum Lectore communicat.

*Abrahamus Scultetus* parte IV. Medullz Patrum.

*Guil. Coxeus* in vitis primitivorum Patrum Ecclesiz, Anglice scriptis, & deinde translatis in linguas Belgicam atque Germanicam T. 2. edit. Germanicz p. 504--598. Brem. 1704. 4.

*D. Theophilus Spizellus* in vetere Academia Jesu Christi p. 73. seq.

#### IV. *Alii Basilii ultra XXX.*

*Basilus Abbas S. Laurz* prope Hierosolyma. Vide infra, Maleinus.

*Basilus Achridenus*, vide infra, Thessalonicensis.

*Basilus Amasenus* in Cappadocia Episcopus & Martyr Nicomediz A. C. 322. de quo Henschenius in Actis Sanctior. T. 3. April. 26. pag. 416. seq. Acta illa fabulosa videntur Valeſio pag. 208. ad Euseb.

*Basilas* sive *Basilus* arcis Mechiz \* atque ab A. C. 336. quo Marcellum in Synodo CPol. depositum constat, *Ancyranus* Episcopus de quo Hieron. de scriptor. Eccles. c. 89. Plura de eo Tillemontis T. 6. memor. Ecclesiastic. Cum Arianis non fecisse probat D. Lettigius *ὁ μακαρίτης* appendice ad lib. de hzresiar. Seculi I. & II. p. 457. seq.

*Basilus Ancyranus* Episcopus junior qui in Synodo Niczna II. A. C. 787. Confessionem obtulit quz exstat T. 3. Concilior. edit. Binianz pag. 481.

*Basilus Antiochenus* Episcopus A. C. 456. & 457. cuius meminit Niceptorius XV. 19. Simeonis Eſemitz ad eum Epistola apud Evangelium

\* Rectius in p. scribis Codd. libri Hieronymiani de Scriptoribus Eccles. c. 89. legitur, *arcis Antiochenus*. Vide qui infra p. 347. & ad laudatum S. Hieronymi librum.



- grium lib. II. cap. 10. Ad eundem Basilium scripsit Leo Imp. & Leo I. Episcopus Rom. & Baradatus teste Ephraimo apud Photium Cod. 229. sub fin.
- Basilus *Aquarum Sextiarum* Episcopus, cujus meminit Honoratus in vita Hilarii Arelat. c. 22.
- Basilus junior *Asceta*, cujus vitam scripsit Gregorius ejus discipulus clarus temporibus Leonis sapientis Imp. Exstat in Actis Sanctor. T. 3. April. 26. adde Lambecium VIII. p. 359.
- Basilus *Bicantiorum* presbyter, de quo Moschus in prato spiritali cap. 40.
- Basilus *Bulgaro-Flonus* \* Imperator ab A. C. 976. ad 1025. de cujus Novellis Constitutionibus dicam libro VI.
- Basilus *Cesarensis* \*\* junior cujus inediti Commentarii ad Orationes Nazianzeni, Constantino Porphyrogeneto dicati exstant in variis Bibliothecis, ut Coisliniana p. 296. & in tribus Codicibus pag. 298. seq.
- Basilus *Cbrysofomi* qui ei libros de Sacerdotio dicavit, familiaris, jam Episcopus circa A. C. 372. adeoque a Seleuciensi qui annis sexaginta amplius post floruit, haud dubie diversus, licet aliud visum sit viris quibusdam doctis, secutis Photium Cod. 168. Confer Tillemontium T. 15 memor. Hist. Eccles. p. 340. Et quæ infra in Basilio Raphanensi.
- Basilus Irenopolitanus in *Cilicia* Episcopus, a quo Nestoriani dicti *Βασιλειανοί* ut notavit Mich. le Quien ad Jo. Damascenum T. 1. pag. 100. De ejus Historiæ Ecclesiasticæ libris tribus, Photius Cod. 42. Vide quæ dixi lib. V. cap. 4. pag. 114. Ejus opus contra Archelaum Coloniz in Armenia presbyterum memorat Svidas: contra Joannem Scythopolitam Photius Cod. 107.
- Basilus *Confessor*, Episcopus *Cretensis* & dein *Thessalonicensis*, de quo Bollandus ad Calend. Februar. Tom. 1 p. 242. sq.
- Consules* Cæcina Decius Basilus \*\*\* A. C. 461. & Cæcina Decius Basilus junior Ao. 529. tum Flavius Basilus Ao. 480. & Flavus

\* Vide Allatum p. 230. ad Georg. Acropolitam.

\*\* Vide quæ de illo lib. V. c. 13. p. 540. Caveus hunc refert ad A. C. 675. sed junior est Constantini Porphyrogeniti ætate scripsit. A Sambuco vocatur *Thessalonicensis*, sed ipse se Basilii *Cælarensis* *κατωθίου καὶ ὀνόματι, ὁ καὶ ὕστερον* appellat.

\*\*\* Ad hunc scribit Sidonius.

- Basiliius Nicomedienſis** Martyr. Supra in Amafeno. De aliis **Basiliiis** tyribus octo vel novem, Baronius ad Martyrolog. Romanu
- Basiliius Patricius & praefectus Cubiculi**, cujus Naumachica haec ten edita dabo Graece infra.
- Basiliius Pregoriotus** qui inter Melodos Graecae Ecclesiae laudator à I. Allatio, & qui plura de eo dicet, Rev. Urbano Gotfrido S
- Basiliius Philippensis** cujus homilia in praesentationem B. Virgini templo, MS. Graece in Bibl. Bodlei.
- Basiliius Pifidia** Episcopus, Iconomachus, in quem invehuntur i Synodi VII. actione 1. T. 1 Binianz edit. A. 1618. p. 482.
- Basiliius presbyter**, cujus vita auctore incerto in T. 3. Act. Sanctor. A 22. pag. 380. Latine, & Graece ad Voluminis cakem.
- Basiliius patricius & praefectus Praetorio** sub Rege Odoacro. Vide i nium ad A. C. 483. n. 10. seq.
- Basiliius Raphanensis** in Syria Episcopus qui A. C. 381. Synodo i ſubſcripſit. Hunc Baſnagiſ ad A. C. 382. 6. putat eſſe illuſ Chryſoſtomus libros de Sacerdotio inſcripſit.
- Basiliius Ruſſia** Imperator cujus Epistolam de translatione reliquiis huz Matris allegat Allatius contra Hottingerum p. 177. seq.
- Basiliius S. Saba** Archimandrita Romae, ad quem Theodori Studiti ſtola 35. Libri I.
- Basiliius Selencienſis** de quo infra hoc capite.
- Basiliius Episcopus Sycomanus** (al. *Sycaminanus*) qui interfuit Syn CPol. sub Menna A. C. 536.
- Basiliius Syke** Episcopus, qui interfuit Synodo septimae sive Nicenae A. C. 787. celebratae. Vide T. 3. Binianz edit. p. 515.
- Basiliius Achridenus**, ArchiEpiscopus *Theſſalonicenſis* cujus reſponſi Epistolam Hadriani IV. Papae in jure Graeco Rom. p. 307. & Allatium de conſenſu p. 658. & poſt Jo. Zonaram in Can Concilior. 783. Ejusdem Basilii ad quaeſtionem de conjugio rum fratrum cum amita conſobrini à magno Dyrrachii Sen rio propoſitam exiſtat in jure Graeco Rom. p. 309. & 408.
- Basiliius Trajanopolitanus** in Thracia, qui interfuit Concilio Ch donenſi.

### V. Editiones Operum Basilii Magni.

GRÆCÆ.

*Basit.* 1532. fol. cum praef. Erasmi, apud Froben. In hac edit

*Demique Franciscus Combesius* tum in Ecclesiaste Græco Paris. 1674. forma octava majore, tum in Bibliotheca Concionatoria ibid 1662. fol. varias Basilii Homilias Latine à se vel recensitas vel de integro verfas Latine edidit.

*Germanicis.*

*Logothad.* 1542. fol. Schvveikharde Comite Hellensteinienfi interprete.

**GRÆCOLATINÆ.**

A. 1618. *Paris.* fol. 2. Vol. ex officina Nivelhana. Hæc insignis & nitida, emendataque editio recensetur à Philippo Labbeo T. I. de scriptor. Eccles. p. 177. seq. & ab Hendreichio in pandectis Brandenburgicis, sed qui multa confuse ac falso de editionibus Basilii scriptorum tradit. Qui hanc Parisiensem editionem curarunt Fronto Duczus & Fed. Morellus, testantur se usos editione Græca Anni 1551. collata cum MSS. à Richardo Montacutio. Duczi notæ, quibus versiones passim castigantur, implent in Appendice Tomi II. paginas 118. hinc succedunt exigua Federici Morelli pag 119-126.

1638. *Paris.* fol. 3. Vol. minus nitida, minusque emendata, neque ulla re alia auctior. Hanc recenset Casimirus Oudinus in supplemento de Scriptoribus Eccles. p. 42. seq. qui etiam novam scisographiam subjicit ordinis quo ipse optet opera S. Basilii recudi, ut primo tomo Homiliaz, altero libri & tractationes, tertio Epistolæ, Liturgia & alia quædam in prioribus non obvia exhibeantur.

Novam Basilii operum editionem molitus pridem fuit *Franciscus Combesius*, cumque edendi ipsius vasti operis occasio deesset, castigationes saktim suas ex variis Codicibus MSS. & observationes varias ad paginas editionis Paris. 1618. vulgare instituit, variaque inedita S. Basilii monumenta passim inseruit. Sed A. 1679. 23. Jun. ætat. 74. operi immortuo Combesio observationes illæ eodem adhuc anno publicatæ, & Archi Ep. Parisiensi Francisco Harlzo inscriptæ sunt à Vincentio le Fevre, Ord. Pæd. qui sub nomine Pauli de Goleter latere voluit. Titulus Operis est: *Basilii Magnus ex integro recensitus, textus fide optimorum Codicum ubique castigatus, auctus, illustratus, emendatus, personæ vocatæ &c.* Paris. 1679. 8. duobus Vol.

Memini & *Wilhelmum Ernestum Tenzelium τὸν μακαρίτην*, multis annis, & beatissimum desideratissimumque *Godfr. Olearium* nostrum aliquando de nova *Basilii* editione concinnanda cogitasse, & in eam rem varia collegisse subsidia, sed utriusque doctos conatus properans fatum antevertit.

Novam nunc *S. Basilii* editionem eruditi *Monachi Benedictini*, quibus tot præclarissima monumenta Ecclesiastica debemus, jubent expectare ab insignibus sodalibus suis *Juliano Garnierio, Francisco Faverolio & Jo. Jacobo Raverdus*, postquam ille qui ex eodem ordine orandæ huic spartæ præfectus antea fuerat, *Jacobus Lopinus*, iam *A. 1693 29. Dec. fati* concessit.

### VI. *Basilii Magni scripta quæ exstant, in utraque edit. Græcolatina Paris.*

2. *Εἰς τὴν ἑξαήμερον, in Hexæmeron Homilia LX.* Ex his pleraque ad verbum expressit *S. Ambrosius* libris VI. 3) in *Hexæmeron*, qui etiamnum supersunt. *Eisdem Eustathius sive Eustachius (Afer) vir discretissimus ita transtulit in Latinum, ut ingenium doctissimi viri (Basilii) facundia sua viribus æquiparasse videatur. quiusque ad hominis conditionem novem libros tetendit, ut notat Cassiodorus cap. 1. divinat. Lect. Quæ versio forori Syncretica Diaconissæ b) ab Eustathio dicata & memorata etiam Sigeberto Gemblacensi c. 21. de S. E. & Bedæ sive Junilio præf. in *Genesin*, prodiit Nicolao Fabro curante, exstatque in Bibliotheca Patrum Paris. 1654. Tomo I, atque in Latinis *S. Basilii* editionibus novissimis.*

ἰωϋϋ quoque *Exigni* versionem *Clariss. Caveus* & ante eum *Possevi- nus & Elias du Pin* memorat. Sed vereor ne *Greg. Nyssenus* quem a *Dionysio* latine redditum constat, memoriz eorum obversatus; vel, ut *B. Doctor* meo *Tho. Ittigio* observatum, ver-

*Homilia prima* Basilii responderet primis sex libri *Primi Ambrosii* capitibus, *secunda* capitibus reliquis quatuor ejusdem libri. *Tertia* libro integro secundo. *Quarta* capitibus quinque & *Quinta* cæteris duodecim tertii libri, *Sexta* libro quarto. *Septima* libri quinti capitibus prioribus undecim. *Octava* posterioribus. *Nona* denique libro sexto.

ἰωϋϋ *Syncretice*, cujus ut æqualis sit *Sedulius* in præf. *Operis Paschalis* meminit, non confundenda cum *S. Synclonice antiquiore*, de cujus vita dixi inter scripta *S. Athanasii* suppositis lib. 5. cap. 2. n. 84.

ba Tilmanni non recte intellecta illos induxerint, ut Basilium quoque ab eo versum affirmarent. Inter recentiores primus Basilium interpretatus est Latine *Johannes Argyropylus*, cujus versio in operibus Basilii A. 1564. fol. Latine Basileæ vulgatis, & à *Godfrido Tilmanno* recognita in cæteris Latinis ac Græcolatinis Basilii editionibus occurrit.

Hinc *Joachimus Perionius* Paris. 1552. in cujus interpretatione plura notat ac reprehendit *Possevinus* Tom. 1. Apparatus sacri pag. 184. seq.

*Jani Cornarii* versionem invenies in editione operum Basilii Latina Basil. 1552. fol. Eamque passim præfert *Fronco Ducæus* in notis ad hoc Basilii opus.

*Dionysii Strigelii* interpretatio separatim lucem vidit Lipsiæ 1566. g. Laudant Basilium in Hexæmeron certatim veteres, Nazianzenus, c) Nyssenus, d) Hieronymus, e) Photius, f) Svidas, g) aliique. Ante Basilium in Hexæmeron qui scripsere, temporis injuria interciderunt omnes præter Philonem Judeum, ut Rhodon Tatiani discipulus. Hippolytus & Origenes Hieronymo laudati, Justinusque Martyr & alii complures quos Anastasius Sinaita h) commemorat. Post Basilium scriptores hujus argumenti tulere ætatem Græci scriptores Nyssenus, Eustathius, Anastasius, Johannes Philoponus.

*Hæmilia X. & XI.* de officio hominis, quæ velut Basilii in Græcis editionibus pluribusque MSS. ut in Cæsareo apud Lambec. III. p. 122 & in versionibus Cornarii, Perionii, Strigelii, atque in Latinis Basilii editionibus plerisque è *Wolfg. Musculi Argyropulorum* supplere studentis interpretatione subjiciuntur, in Græcolatinis omisæ sunt, quoniam multi veterum testantur Basilium non ulte-

c) Nazianzenus Orat. 20. in S. Basilium: ὅταν τὴν ἑξαήμερον αὐτῆ μεταχειρίζομαι, μετὰ τὰ κτιστὰ γίνομαι.

d) Nyssenus in Hexæm. T. I. pag. 5. cum dixisset se neutiquam velle ἀντιδογματίζειν τῆ ἀγία βασιλείᾳ περὶ τῶν κατὰ τὴν κοσμογονίαν αὐτῷ φιλοσοφούντων, subjungit: ἀλλ' ἐκὼνα μὲν κρατήσω, καὶ μέρους τῆς θροπύου διαθήκης τὰ δευτερεία φερῶ.

e) Hieron. Catalogo c. 116. & Epist. 55. f) Photius Cod. 141. g) Svidas in Βασίλειῳ. Vide & Socratem IV. 26.

h) Anastasius 7. in Hexæm cujus verba Græce produxit V. C. Michaël le Qrien ad Damascenum T. I. pag. 174. Alium ex libro I. *Fronco Ducæus* in limine notaram ad Basilium.

ulterius progressum, nec de hominis structura tractasse. Tamen illas post longum morbum à Basilio revera additas, eique adeo vindicandas esse contendit *Franciscus Combessius*, qui eas è MSS. emendavit & supplevit. & cum argumentis quæ in Codice Regio præfiguntur in capita distinctas addita nova versione sua notisque dedit T. I. Basili recensiti, pag. 418. seq. subjuncta etiam pag. 524. *homilia de paradiso*, quæ inter diversas est trigesima & T. I. pag. 625. edit. Græcolat. A. 1618. legitur. Certe Homiliam X. & XI. à Greg. Nysseno adjunctas Basili operi non esse, docet luculentus quem ab eo supplementi Basiliiani loco habemus liber de opificio hominis, & inter cujus opera illæ duz Homiliz T. I. pag. 139. 153. leguntur cum versione *Petri Francisci Zini*.

I. *Ὁμιλίαι Homilia XVII. in Psalmos*. Hoc est præter unam in Psalmi I. initium, proæmii loco præmissam, singulæ in Psalmum VII. XXIX. \* XXXII. XXXIII. XXXVII XLIV. XLV. XLVIII. LIX. LXI. & binæ in Psalmum XIV. XXVIII. CXIV. Illa quam proæmii loco præmissam dixi, ex *Rufini* versione solet præfigi Latine S. *Augustini* Enarrationi Psalmorum, etiam in novissima editione ab eruditis Monachis Benedictinis curata, Tomo IV. Homilias universas septendecim Latine vertit *Godfridus Tilmannus*, cum cujus interpretatione exstant in Græcolatinis & postremis latinis Basili editionibus. Ante Tilmannum easdem transtulerant *Raphaël Volateranus* cujus versio legitur in latinis quibusdam editionibus ut Basileensi 1565. fol. & *Janus Cornarius*, quæ occurrit in editione Latina Anni 1552. Plura ex his homiliis afferuntur in Catena Græcorum Patrum ad Psalmos Corderiana, nonnulla etiam præterito Basili nomine.

II. *Homiliæ diversi argumenti XXXI.*

*Περὶ νηστείας de jejunio*. Incipit: *σαλπίζατέ, Ὄψου, ἐν νουμπερείαις.*

Vertit *Erasmus*. \*\* Solita hæc homilia in Græcorum Ecclesiis legi

\* Secundum Hebraicam editionem in Psal. 7. 15. 29. 30. 33. 34. 38. 45. 46. 49. 60. 62. & 116.

\*\* Fallit L. abbeus qui T. I. de *Scriptor. Eccles.* p. 177. homilias XXXI. Erasmo interpretari exhiberi scribit, cum duas tantum primores Erasmus verterit. Erasmi versionem, non *Galesini* servavit editiones Latinae & Græcolatinae operum Basili. Homilias octo Basili ex versione *Antonelli Arimbaldi* prodierunt Latine Mediolani 1569. 4. sed illæ jam mihi non sunt ad manus, uti nec Gallica S. *Supplémenti* (Paris 1580. 8.) nec e *Leone Galazzi Biffa* interpretatio.

- legi Dominica Quadragesimæ five in εισβάσει τῶν πενηνθῶν. Separatim prodiit Græce Helmstad. 1666. 4.
2. Περὶ ησθείας de jejuniis, secunda. Incipit: Ὁρακαλαῖτε, Φησὶν, ἰσρεῖς τὸν λαόν. Vertit idem Erasmus. Lecta hæc homilia in Græcis Ecclesiis \* τῇ Ὠρατικῇ τῆς τυρινῆς five feria sexta post Cineres. (al. pridie diei Cinerum.) Prodiit Græce cum priore Lovan. 1563. 4. Paris. 1579. 8. & ex interpretatione Erasmi Friburg. 1532. & ex Petri Galefinii versione Rom. 1587. 4. & Monachii 1613. 12.
3. Εἰς τὸ πρόσθε σαυτῷ. In illud: Deut. XV. 9. *accende tibi ignem.* Incipit: Ἐ λόγῳ τῆν χρησῶν δέδωκεν ἡμῶν ὁ κτίσας ἡμῶν ὁ Θεός. Vertit præter Franciscum Craneveldium Lovan. 1534. 8. Godfridus Tilmannus: atque in Ecclesiaste suo Græco Franciscus Combessius, Allegat S. Maximus ad Dionysium Areopag. T. I. p. 19.
4. Περὶ εὐχαριστίας de gratiis DEO agendis. Incipit: ἠμῶσατε τῶν ἁμαρτιῶν ἔλεος. Vertit Godfridus Tilmannus.
5. Εἰς τὴν μαρτυροῦσα Ἰουλιανῶν, in Julittam quæ martyrion Cæsares subiit. Incipit: ἢ μὴ ὑπόθεσις τῆς ἐκκλησίας. Meminit Martyrologium Romanum 30 Jul. & Svidas in βασιλειᾷ. Vertit Godfridus Tilmannus & ante Tilmannum Janus Cornarius. Occurrit & in Ecclesiaste Græco Combessii.
6. Περὶ πλεονεξίας in illud Luca XII. 18. *Destruam horrea mea &c. De avaritia.* Incipit: διπλῶν τὸ εἶδῶ τῶν πικαρσιῶν. Ante Cornarium vertit Raphael Volaterranus, cujus interpretatio in Græco latinis editionibus hinc inde emendata à Frontone Ducezo. Volaterrani versio Homiliarum Basilii lucem vidit apud Ascensium Paris. 1520. fol. Colon. 1531. fol.
7. Πρὸς τὰς πλευτῶνας five κατὰ πλευτῶντων in divites ad Luc. XVIII. 12. Incipit: Εἰρηται καὶ πρῶν ἡμῶν. Vertit Volaterranus, & Cornarius.
8. Ἐν λιμῶ καὶ ἀνυμῶ tempore famis & siccitatis dicta homilia in divites avaros. Incipit: λίαν ἐρέυξεται. Vertit Volaterranus & Cornarius.
9. ὅτι ἔκ ἔσω αἰτιῶ τῶν κακῶν ὁ Θεός. *Quod DEUS non est auctor malorum.* Incipit: πολλοὶ τῆς διδασκαλίας εἰ τρέφει. Venerunt Volaterranus & Cornarius. Vidi & Gallicam versionem excusam Rothomag. 1584. 8.

16. Κατὰ

† Vide Combessii Basilium recentium T. I. p. 85. η. τυρινῇ Græcis, quæ Latinis Dominica Quinquagesimæ, ut Allatio, Cangioque notatum.

Bafilii restituti pag. 182. ait Chrysofomi in Barlaamun quam comparere, fecellit eum memoria, exstat enim Operum Chrysofomi edit. Duczi p. 783. & T. 5. Savil. atque incipit: συνακάλεσεν ἡμᾶς εἰς τὴν ἰερὰν Γαύην ἐσθρὴν ἠγήγησεν ὁ μακάριος Βαβλαάμ.

19. Εἰς μάξιμα Γόρδιον, in *Gordium Martyrem*, militem Cafari Incipit: νόμος ἐστὶ φύσεως Γαῖς μελίωσαι. Verterunt *Vannus & Cornarius*. Meminit Martyrologium Romanum Damascenus in parallelis & Svidas in βασιλειῶν. Exstat Latine apud Bollandum & Surium ad 3. Januar. ex *Volaterranum* versione.
20. Εἰς τὰς ἀγίας Ἰωσαράκουλα μάξιμας, in *XL. sanctos Martyres* incipit: Μάξιμα μνήμη τις ἂν γένοιτο κίος τῷ Φιλῆμ Meminit Martyrologium Rom. 9. Martii, Damascenus in Iel. & Svidas in βασιλειῶν. Græce cum nova versione notis edidit *Gerhardus Vosium* ad Gregorii Thaumaturgi c pag. 75. Moguntiz 1604. 4. & *Simon Stenius*, Heidelberg. 16 Vertit & *Petrus Morinus*, inter cujus opuscula Latine vidit Paris. 1675. 12. pag. 226. Ante Morinum, Vosium, Stenium verterunt *Cornarius*, & cujus versio apud Surium ad 9. 1 & in Græcolatinis Basilii editionibus exstat; *Volaterranum*. versionem exhibent Acta Sanctor. T. 2. Martii p. 25.
21. Ἰησοῦσα ἐν λαύλοις, Homilia διβαῖα in *Lacizis*, in aliquot Scri loca & de personis non acceptandis, fugiendaque ira, in & avaritia. Incipit: ἀγαγωνίζεαι ὁ ἰχθύς. Verterunt *Volaterranus & Cornarius*. Citat aliquoties Damascenus in parallelis
22. Περὶ ταπεινοφροσύνης, de *humilitate*. Incipit: ὀφθαλμοὺς ἀσθρα τῷ πνεύματι Θεῷ διέημεν κείναι. Verterunt iidem.
23. Περὶ τῆ μη προσηλωσθῆ τοῖς βίβλικοῖς, non *adherendum esse vel cularibus, & de incendio extra Ecclesiam orto*. Incipit: ἐγὼ μὲν Verterunt iidem, *Volaterranus & Cornarius*.
24. Πρὸς τὸς νεύς, ὅπως ἂν ἐξ ἑλληνικῶν ὠφελῶτο λόγῳ. *Alescentes (consobrinus) de gentiliū libris cum fructu legendis*. Incipit: πολλὰ μὲν τὰ ἑσκαλεῖν ἐστὶ. Eximiam hanc dictionem præter *Volaterranum, Cornariumque* verterunt *Gerhardus Arctinus*, cujus interpretatio Colutio Salutato dicata loci annique nota ante duo circiter secula produit in 4. 1



eam recudi curavit *Christianus Daumius ὁ μακαρίτης* in Homiliis Patrum in festum Nativitatis Christi, Cygneæ 1670. 8. Prodiit & cum versione & notis *Christiani Wilhelmi Cæleri* Helmstad. 1669. 4. Alias item binas editiones Helmstadienses hujus Orationis A. 1600. & 1645. 4. Daumius memorat, quas non vidi. Argumenta quibus hanc Homiliam Basilio abjudicat celeberrimus Caveus, non videntur mihi tam explorata, ut illis assentiri Lector debeat.

26. Ἐς τὸν ἅγιον μάρτυρα Μάμαντα. In S. Martyrem Mamantem; Incipit: ἕκ ἀγνοῶ τὸ μέγεθος. Meminit martyrologium Romanum 17. Augusti, & in Parallelis Jo. Damascenus. Verterunt *Volaterranus* & *Cornarius*.
unquam quietis manibus, adstantes argute multa, multa quibus risum sumptis, dicunt: nunquam interim aut sibi aut auditoribus respirandi facultate potissimum: quibus omnibus rebus admirationem imperitum; cordatis & intelligentibus profectum ac stomachum commovent. Hos igitur nos Serapiones cuperem hanc ipsam cum cura legere, & inspicere num cui sitio affinis fuit eorum qua hic a Serapio reprehendantur. Profuerit eundem legere & ea qua super eadem re apud scripserunt nobilium Atticarum a Musonio d. sputantur, qua & ipsa subiectam. Musonius, inquit, Philosophum solitum dicere accepimus: Cum Philosophus hortatur, monet, suadet, obiurgat, aliudve quid disciplinarum differit: tum qui audiunt, si de summo & soluto pectore obvias vulgatasque laudes effutiunt, si clamitant etiam, & gestivus, si vocum ejus festivitatibus, si modulis verborum, si quibusdam quasi frequentamentis orationis moventur, exagitantur, & gestivus: tum scias, & qui dicit & qui audit frustra esse: neque illic Philosophum loqui, sed tibicenem canentem, Animus inquit, audientis Philosophum, si quæ dicuntur, utilia ac salubria sunt, quæque & errorum atque vitiorum medicinas ferunt, laxamentum atque otium prolixè laudandi non habet. Quisquis ille est qui audit, nisi ille est plane deperditus, inter ipsam Philosophi orationem & perhorrescat necesse est, & pudem tacitus, & pœnitat, & gaudeat, & admiretur: varios adeo vultus disparilique sensus gerat, perinde ut cum conscientiamque ejus affecerit utrarumque animi partium aut sincerarum, aut ægrarum, Philosophi pertractatio.

**VII. SOPHRONIUS** vir *opposite eruditus*, laudes Bethlehem adhaerens, & pater (scripsit Hieronymus suum Catalogum A. C. 392.) de subversione Serrapit \* insignem librum composuit: De virginitate quoque ad Eustochium, & Vitam Hilariionis \*\* Monachi (opuscula mea) in Graecum eleganti sermone transiit. Psalterium quoque & Prophetas, quos nos de Hebraeo in Latinum vertimus. Hæc de Sophronio-Hieronymus cap. 134. quæ ita Græce leguntur in versione Catalogi Hieronymiani Græca quæ sub hujus ipsius Sophronii nomine exstat, cum cætera omnia Hieronymo commemorata pridem interciderint: Σωφρόνιου ἄνθρωπος εἰς ἀκρον πεπαιδευμένον, ἵς ἐπάμνος θεολογίᾳ ἐστὶ νέον ἀνισωθῆκεν, ὑπόγουσι ἢ πρὸς καταλύσις ἔσραπείας ἐπίσημον σωθῆκεν λόγον, καὶ πρὸς παρθενοίας πρὸς εὐστόχιον, καὶ τὸν βίον ἱλαρίωνος μοναχῆς, τὰ συγγράμματα μὲν, εἰς ἑλληνικὸν λόγον εὐφωῶς μετέφρασε, καὶ τὸ ψαλτήριον ἢ καὶ τὰς προφῆτας, ἃς ἡμεῖς ἀπὸ τῆς ἑβραϊκῆς εἰς ῥωμαϊκὴν μεταφράσαμεν. Hanc Græcam Catalogi Hieronymiani versionem primus vulgavit Erasmus, Basil. 1539. 4. exemplanem datum ac vetustum, ut ait, nactus ex quo permulta se & depravatisima testatur in Hieronymi Latinis restituisse. Hinc mirum est quosdam existisse, inquit Stephanus le Moyne notis ad Varia facta pag. 418. qui versionem istam Græcam Erasmo tribuere non dubitarent, cum multa exciderint, \*\*\* MSa Erasmo vetustiora, & versio ista Græca a multis Erasmo vetustioribus etiam citari soleat. Quibus verbis notatur ab eo If. Vossius, cujus hæc sunt in notis ad S. Ignatii Epist. ad Smyrnæos pag. 257. *Mibi constat translationem illam Græcam, Sophronii nomen mentiri. Quid? an verisimile est ita Sophronium fuisse negligentem, ut non inspexisset ipsam Ignatium cum Ignatii loca essent vertenda? Sed hoc leve. Versio illa innumeris locis non est Græca: innumeris quoque in locis male Hieronymi mentem expressit. Quidquid in Hieronymo est corruptum, eodem modo sese habet in Græco. Quæcunque in illo Hieronymi Catalogo desunt (desse autem multa, ex MSS. collatione apparebit) desunt quoque in illo Pseudo Sophronio. Nulle id exemplum in tam exiguo scripto comprobare possumus. Sed patet nasutum leuiorem sa-*

Bb 2

ti

\* De illa subversione conferendus Rufinus lib. XI. Hist. Eccle. cap. 27. seq.

\*\* Vossius de Hist. Græcis pag. 257. Sophronium auctorem vitæ Hilariionis facit, cujus tantum fuit Græcus interpres.

\*\*\* Operæ pretium erat indicare, quando, & quibus in locis.

tis id per se animadvertere. - - Mibi in nulla unquam Bibliotheca illam paraphrasin MS. videre contingis. Scripta quaque nuper Cl. Vir Ismael Bualialdus, illam non extare in Bibliotheca Regia Parisiis. Nec exflare uopiam puto. Aut si exstet, multum vereor, ne a recentissima sit manu exarata, ne CL. annos excedente. Nam etiam recentissimi codices Latini ejus Catalogi multo sunt meliores ista paraphrasi Græca. Sed quid factas Erasmo, qui cum primus sit qui illam ediderit, dicit se Sophronii exemplar vetustum & emendatum natum fuisse? Nisi Erasmus hac diceret, multum de ejus fide dubitarem. Suspiciari tamen aliquis non immerito possit, ipsum nobis supposuisse hanc translationem, idque animi gratia: vel ut ostenderet, se sibi fuisse voluntas, sua alius affingendi, ad hoc neque defuturum ingenium, neque eruditionem. - - Sed credamus potius illum a nebulone aliquo fuisse deceptum, qui corruptissimum Hieronymi Catalogum natum Græce a se redd. cum huic Heroi pro antiqua Sophronii versione vendidisset. Eadem forsitan manus est que paraphrasin illam supposuit, & que priorem partem Catalogi Hieronymiani corruperit. Nam quorsum in ea inter scriptores Ecclesiasticos referuntur tot Apostoli qui nihil omnino scripserunt, quorumque vitas apparet desumptas esse \* paucis tantum mutatis, ex ineptissimo scripto Dorothæ de XII. Apostolis. Inquit Erasmus, Sophronium adjunxisse reliquos istos Apostolos, qui nihil scripserunt. Sed unde hoc rescivit, nisi ipse fuerit Sophronius? Hæc ille. Quæ vero de vitis hujus versionis ait vir doctus, partim nimis exaggerata sunt, partim non probant auctorem non esse Sophronium. Deinde quædam rectius Græca versio, quam vulgati Latini Codices, MS. antiquissimis & veteribus scriptoribus, qui Hieronymi laudant verba, Græcam lectionem comprobantibus, ut in notis ad Catalogum Hieronymi a Rev. Ernesto Salomone Cypriano editum p. 213. pluribus exemplis vel in uno capite de Clemente Rom. pridem ostendi. Denique negari nequit Græcam Catalogi Hieronymiani versionem lectam a Svida, qui loca plura id ver-

\* Sicut illæ ipsæ vitæ, quæ sine nomine auctoris adjunctæ leguntur Occumenii commentariis. Unde Stephanus le Moyne notis ad Varia sacra pag. 1059. colligebat, auctorem versionis Græca Catalogi Hieronymiani esse factu antiquum, cum illius Auctoris memoria occurrat apud Occumenium. Sed illas vitas ab alio quam Sophronio adjunctas Tillemontius sibi Tom. XII. memor. pag. 142. perscrutatus, talis nomine, quod recentiorum Græcorum traditiones nimium sapiant, Elles ont pour l'ordre plus de rapport aux traditions des Grecs modernes qu'à la relation des anciens, qui n'aimoient pas à parler de ce qu'ils ne faisoient point.

verbum ex illa adducit, ut in Βασίλειῳ, Καισαρείῳ, Γρηγόριῳ  
 Ναζαρεθαί, Γρηγόριῳ ὁ πρὸ Θεόδωρου, Δάμασκῳ, Επιδάμιῳ,  
 Ευσέβιῳ ὁ Πλευσίαν, Ἰσίδωρῳ Φιλόσοφῳ, Ἰσίδωρῳ Τιβεραίνῳ,  
 Ἰωάννῳ Ἰουδαίῳ, Μεθόδιῳ, Σεργίῳ, Πολύκαρπος, Φίλων Ἰουδαίου.  
 Licet Hieronymum Svidas vel Sophronium nunquam laudet de  
 nomine. Hinc illam I. Vosii opinionem rejicit Huëtius de  
 claris interpretibus pag. 215. & manifestum hominum male su-  
 spiciacium errorum appellat lib. 1. Origenianorum cap. 2 & an-  
 te Huëtium improbaverat Jo. Andreas Bosius in exercitatione  
 de testimonio Josephi de Christo, cap. 2. §. 30. & introduçtione  
 in notitiam scriptor. Eccles. cap. 3. Vide & Stephani le Moynes  
 prolegomena ad Varia sacra \* 16. Græcam illam versionem  
 nescio quare omiserit Jo. Marcianus in nova sua Operum S.  
 Hieronymi editione Parisiensi. Exstat autem in veteribus ut  
 Parisiensi 1613. & Francofurtensi, A. 1684. fol. Atque animus  
 mihi est eam præis iterum subijcere in nova quam molior edi-  
 tione Auctorum veterum de scriptoribus Ecclesiasticis, in quibus  
 familiam ducet Hieronymi Catalogus ita excusus ut ex altera  
 parte semper adposita sint verba Eusebii Græca, quæ ille ante  
 oculos habuit, ex altera autem hæc Sophronio tributa interpre-  
 tatio, subjunctis in ima pagina brevibus notis. Errorem calami  
 in viro doctissimo Lilio Gyraldo omitto, qui dialogo V. de hi-  
 storia poetarum scribit, Sophronii librum de viris illustribus ab  
 Hieronymo esse ex Latina in Græcam linguam conversum. Nam  
 & illi falluntur qui vel omnium Veteris testamenti librorum  
 versionem Hieronymianam, vel illam quam ex LXX. Inter-  
 pretibus composuit Hieronymus a Sophronio Græce versam  
 scribunt. Certe solam versionem Psalmorum & Prophetarum,  
 quam ex Hebraico Hieronymus adornaverat, Græce Sophro-  
 nium convertisse ex Hieronymi testimonio constat. Vide Hum-  
 fredum Hody libro IV. de SS. Bibliorum textibus Originalibus  
 & versionibus Græcis pag. 630.

Videtur hujus Sophronii fuisse *liber pro Resilio adversus Eunomium*, lau-  
 datus Photio in Bibl. Codice V. ubi eum a perspicuitate & succin-  
 ctâ brevitate & acumine celebrat. At *Epistola ad Paulam & Eu-  
 stochium* de assumptione Mariæ Virginis, quæ Latine exstat inter  
 S. Hieronymi opera T. V. edit. Jo. Marcianæ pag. 82. & incipit:

*Cogitu me, o Paula & Eustochium, imo charitas Christi*: Sophronio ab Erasmo levi conjectura tribuitur, verum nec Hieronymi eam nec Sophronii, sed scriptoris damnato Nestorio & Eutychis hæresi junioris esse probat Baronius ad A. C. 48. n. 17. seq. & ad Martyrolog. Rom. ad 15. August. Lambecium VIII. pag. 148. & in Diario itineris Cellensis pag 105. Dubium Combefisio videtur, qui e brevuario Romano recte ejectionem observat in Bibl. Concionatoria.

Pfalterium Sophronio rogante Latine ex Hebraico vertisse se testatur ipse Hieronymus Epistola 134.

### Alii Sophronii.

Sophronius de quo Martialis XI. 109.

*Tanti tibi est animi probitas, orisque, \* Sophroni;  
Ut mirer fieri te potuisse patrem.*

Sophronius *Abbas*, Eremita, de quo Jo. Moschus c. 159. prati spiritalis.

Sophronius Patriarcha *Alexandrinus* ab A. C. 844. ad 857. quem Philosophum ac sapientem fuisse scribit Eutychius T. 2. Annal p. 441. Confer Eusebium Renaudotum in Historia Patriarcharum *Alex.* pag 289.

Sophronius *Alexandrinus* Patriarcha junior, qui Imperatori Manuelli Comneno Mariam Raymundi Antiochiz Principis filiam uxorem ducenti manus imposuit una cum Luca Chrysoberge CPol. & Athanasio Antiocheno Patriarcha, 25. Decembr. A. C. 1160. Vide Cinnamum lib V. pag. 228.

Sophronius *Archi Episcopus prima Justiniane & Abridarum, sæculo XVI* cujus Epistolam ad Patriarcham CPol. Græce & Latine exhibet Crusius in Turco Græcia libro IV. Vide eum pag. 341. Idem Crusius pag. 303. 304. exhibet Epistolam Sophronii Hieromonachi in Chio, antea Abbatis, ad Patriarcham CPol. Jeremiam.

Sophronium Patriarcham *CPolitanum* nullum reperio, & miror unde hauserint Lexicorum universalium scriptores Hofmannus & More-

\* Primam in nomine Sophronii corripit, producit alteram, quasi non Σοφρώνιος effect sed Σοφρώνιος.

Morerius, qui saeculo XV. in sede CPolitana Sophronium fuisse narrant. Nam & in prima editione Bibl. Patrum fragmentum de Petro & Paulo male existat sub Sophronii CPol. nomine, quod in aliis Sophronio Hierosolymitano Patriarchæ adscribitur.

**Sophronius Hierosolymitanus Hierosolymitanus**, a quo digestum ac conscriptum Typicum S. Sabæ memorat Clariss. Montfauconus in Bibl. Coisliniana pag. 561. Τυπικὸν τῆ ἐκκλησιαστικῆς ἀκολουθίας τῆ ἐν Ἱεροσολύμοις ἀγίας Λαύρας τῆ ἰσίου καὶ Θεοφώρου Πατρὸς ἡμῶν Σάββα, συντεθεὶν καὶ συγγραφὴν τῶν ἁγιοτάτων πατρὸς καὶ ἱερομοναχῆ, κυρῆ Σωφρονίου. Ἀύτη ἡ ἀκολουθία γίνεσθαι καὶ ἐν ταῖς λοιπαῖς τῶν Ἱεροσολύμων ἀγίαις μοναῖς. Fortasse idem hic cum Patriarcha Hierosol. de quo infra.

**Sophronius Monachus Hierosolymita**, cujus & Sophronii Hierosolymitani carmina in Deiparam una cum carminibus Heliz Syncelli, Michaëlis Syncelli, & Ignatii Grammatici Diaconi de eodem argumento editurum se promisit Allatius ad Eustathium Antiochenum pag 284.

**Sophronius Gæbia Metropolita** circa A. C. 1292. cujus mentio in Codice Græco Cæsareo quo vitæ Sanctorum continentur, apud Lambecium VIII. pag. 358. & 365.

**Sophronius Damascenus**, Johannis Moschi familiaris, ex Sophista \* Monachus S. Sabæ, ac denique post Modestum ab A. C. 629. ad 638. † *Patriarcha Hierosolymitanus*. Vide Papebrochium in Actis Sanctor. ad XI. Martii Tom. 2 pag. 65. seq. Sergii, Cyrique Monothelitarum constans adversarius, de quo Combesius in Historia Monothelitarum pag. 22. seq. Sub ejus nomine feruntur.

1.) Fragmentum Hypomnematum de laboribus certaminibus & peregrinationibus Apostolorum Petri & Pauli, Latine in Bibl. Patrum Paril. 1575. Tom. 2. & 1589. & 1654. Tom. 7. Colon. 1618. Tom. IV. & Lugd. 1677. T. V. pag. 122. Incipit: *Petrus genere fuit Hebraus*. Elogium Sophronii in Petrum & Paulum Apostolos Græce incipit: πάλιν ἡμῖν διὰς ἀδιάλειπτου.

2.) Fragmentum de *Virtutibus Apostolorum*, Græce & Lat. apud Lambecium III. p. 52. seq & ad calcem Pseudo Dorothei Tyrii, quem cum

\* Sophistam Sophronium appellat Jo. Moschus cap. 92. & in præfat.

† Alii 635. quorum sententiam Papebrochius loco laudato oppugnat probabilibus argumentis.

cum libris de vita Moyſis a Gaulmino illustratis edidi Hamb. 1714. 8. pag. 552. ſeq. Sub Theodoreti nomine exſtat in appendice Cangiana ad Chron. Paſchale pag. 438.

- 3) Fragmentum ex encomio S. Iohannis Theologi & Evangeliſta, Græce & Lat. apud Cotelerium ad Conſtitut. Apoſtol. III. 6. Aliud apud Lambecium III. pag. 100. Meminit & huius Encomii Hippolytus Thebanus in Chronico: ἐγκωμιάζων ἢ τὸν Ευαγγελιστὴν Ἰωάννην ὁ ἀγιώτατος Πατριάρχης Ἱεροσολιμῶν ὁ μέγας Σωφρόνιος, διδάσκει τὴν τῷ Θεῷ Εκκλησίαν, ὅτι Πατὴρ ἔσθαι οὐκ ἐπιβεβηκὼς ἦν, Σαλώμη ἢ ἡ μήτηρ αὐτοῦ &c.
- 4) In S. Iohannem præcurſorem. Latine in Bibl. Concionatoria Combeſſii. Incipit: δίδα ἡμῖν ἡ Φωνὴ τῷ Λόγῳ, ἢ τὴν Φωνὴν.
- 5) In S. Iohannem Chryſoſtomum. Memoratur ab Anonymo Savi- liano.
- 6) Laudes Iohannis Eleemoſynarii. Meminit Leontius.
- 7) In Chriſti natalitia ſermo habitus A.C. 1638. Hieroſolymis jam per Saracenos captis. Exſtat Latine in Bibliothecis Patrum ut Tom. 12. edit. Lugd. pag. 206.
- 8) Sermo de Hypapante Domini, e MS. Mediceo verſus & Latine edi- tus a Bollando in Actis Sanctor. Tom. 1. Februarii pag. 274. ſeq.
- 9) In SS. quadraginta duos Martyres Amorienſes, Latine in Bibl. Con- cionatoria Combeſſii. Incipit: ἐπὶ τὰ μαρτυρικὰ ἔπαθλα.
- 10) Encomium SS. Cyri & Iohannis. Citat Joannes Damascenus I, 3. de imaginibus T. 1. edit. novæ p. 387. & ſeptima Synodus Actio- ne IV. ubi fragmenta duo exinde afferuntur T. 3. Binii, p. 561. ſeq. Edere promiſit integrum Græce & Latine Papebrochius ad XI. Martii Tom. 2. p. 67. Laudat Allatius contra Creygh- tonum pag. 517. ſeq. Incipit: ἄλλοι μὲν ἄλλως τὴν ἀγιότητα τιμήτωσαν.
- 11) Vita S. Mariae Egyptiaca Latine ex Pauli Diaconi Neapolitani verſione, apud Surium ad 2. April. & Græce in Actis Sanctor. ad calcem Tom. 1. Aprilis pag. XIII. licet Sophronium au- ctorem eſſe negat Papebrochius Tom. 1. April. pag. 69. Græce tamen ſub Sophronii nomine exſtat MS. in Bibl. Cæ- ſarea. Vide Lambecium IV. pag. 128. & V. pag. 27. lib. VIII. pag.



- pag. 231. Ἐπίσημ' ἐν Bibl. Coislinitiana p. 126. Incipit: *μουή-  
ριον βασιλέως κρόντων καλόν.* Citatur & a Damasceno 3. de  
imag. pag. 288.
- 12) *SS. Archangelorum & Angelorum Encomium.* Exstat Latine ex  
versione Theodori Peltani in Bibliothecis Patrum ut Tom.  
12. edit. Lugd. pag. 209.
- 13) *In exaltationem veneranda Crucis, & in sanctam ἀνάστασιν.* Ser-  
mo Græce & Latine editus a Jacobo Gretsero Tom. 2. de  
Cruce pag. 88. Hinc Latine in Bibl. Patrum Tom. 12. edit.  
Lugd. pag. 212. Incipit: *σαυρῆ πατήγυρος, καὶ τίς ἔ' σικιτή-  
σως;* Verterat & ante Gretserum Achilles Statius.
- 14) *In adorationem S. Crucis & de jejunio,* Latine ab eodem Gret-  
sero pag. 283. edit. primæ & in Bibl. Patrum Tom. 12. edit.  
Lugd. pag. 213. Incipit: *καὶ οἱ ἰατροὶ μὲν.* Vertit Godfridus  
Tilmannus.
- 15) *Carmen Anacreonticum de Simeone senē, Christum suscipiente,* quod  
melle ipso, ut ait, suavius Græce edidit Allatius in diatriba  
de Simeonibus pag. 5. seq. Incipit: *ἀπὸ βῆθλαίμ παρῆλθω.*
- 16) *Epistola Synodica ad Sergium Patriarcham CPol.* quæ incipit *βαβαί,  
βαβαί μαπαρίσω,* atque exstat Latine (non integra quidem)  
apud Baronium Tom. VIII. ad A. 633. n. 8. seq. ubi testatur  
in Codice alio Græco non ad Sergium sed ad Honorium Pa-  
pam inscribi. Græce & Latine integra in Actis sextæ Synodi,  
habitæ adversus Monothelitarum hæresin CPoli A. C. 680.  
Actione X. Tom. 3. edit. Binianæ pag. 113-122. In hac Sy-  
nodica legitur proluxa illa enumeratio hæreticorum, quam  
dedi volumine superiore pag. 483. seq.
- 17) In Actis Synodi septimæ sive Nicænæ secundæ (A. C. 787.  
celebratæ) aliquoties laudatur Sophronius, afferunturque  
loca sub illius nomine ἐκ τῆ λειμωναρίᾳ. Vide Tom. 3. edit.  
Binianæ pag. 5'2. 613. 614. & 615. Etiam apud Jo. Dama-  
scenum lib. 1. de imaginibus Tom. 1. pag. 328. edit. novæ &  
lib. 2. pag. 344. Et Sophronio tribuit Nicephorus lib. VIII.  
Hist. cap. 41. At constat auctorem *λειμωναρίᾳ* sive *prati spiri-  
talis*, quo vita & dicta solitariorum describuntur, non esse

Sophronium, sed Sophronii amicum *Joannem Moschum*, \* qui opus illud Sophronio dedicavit, quemque in praf. *ἱερὸν καὶ πιστὸν τέκνον*, alibi ut cap. 92. 102. 135. fratrem vocat. Meminit & Sophronii cap. 21. 69. 110. 111. 113. 157. 162. & 77. ubi nomen auctor ipse suum ponit: *dixit mihi Sophronius: Vere, Abba JOANNES, hodie nihil ultra studemus.* Et Stephanum Sophistam se cum illo refert frequentasse. Sophronium etiam ipsum Sophistam appellat cap. 92. Abbatem vero cap. 102. Non diffitetur hic scriptor, qui *καρόναρχος* inter Monachos fuit (cap. 50.) & temporibus Tiberii II. Imp. Oasin Aegyptii petit, (c. 112.) prae manibus se habuisse Vitas Patrum & sententias ante ipsam nescio quibus auctoribus descriptas cap. 212. & *βιβλίον γεγραμμένον* \*\* cujus meminit p. 50. Ex his credibile est fabulas quas non paucas habet, eum bona fide transcripsisse. Palladii Abbatis, velut aequalis sui meminit cap. 176. passimque invehitur in haeresin Severi Acephali. Cum Italice modo typis excusum extaret hoc opus, Latine ex *Ambrosii Camalulensis* versione primus edidit *Aloysius Lipomannus* Venet. 1558. 4. Deinde post editionem Coloniensem, 1583. (& *Bruguesnam* in Bibliotheca Patrum Paris. 1575. T. 2. & 1589. T. 7.) *Heribertus Rosweyda*, in Vitis Patrum Antwerp. 1617. 1628. fol. libro decimo, additis etiam brevibus notis. Aliam *Paschasi Auriaci*, Ordinis Minorum Insulani versionem, dubito an editam, memorat *Possevinus* Tom. 2. apparatus sacri p. 426. Hinc Graece & Latine in Auctario Bibl. Patrum edidit *Fronto Duczus* T. 2. p. 1057. Paris. 1624. fol. Lacunas ex Codice 2466. Bibl. Regiae Paris & tribus Bibl. Colbertinae supplevit, multaque emendavit *Cotelierus* T. 2. monument. Ecclesiae Graecae, Paris. 1681. 4. p. 341-456. Extat quoque Graecae Latine in Bibl. Patrum Paris. 1654. Tom. 12.

18) Adm

\* Τὸ Μόσχον, Vide Photium Cod. 199. & Heribertus Rosweyda prolegomena ad Vitas Patrum pag. 20. seq. Pro *Joanne Euxarato*, ut habet Lipomanni editio, Graecis Codex quem Cotelierus inspicit, habet *Ἰωάννης & Εὐκράτης, Ἰωάννης Εὐκράτης*. Tom. 2. monument. p. 342. 655. Lambecium VII. pag. 399.

\*\* Nonnulli hoc *Johannis Moschi λειμωνάρειον* appellant *ἕσθη ἀγροικόν*, alii *ἕσθη παροδίων*, respectu vestitionis *λειμωνάρειον* nempe, de quo Photius Cod. 198.

18) Acta S. Anastasii Perſæ Sophronium auctorem habere con-  
jicit Baronius ad A. C. 627. num. 1.

Alius Sophronius Patriarcha Hieroſol. junior, ſæculo XVI. cujus Epi-  
ſtola ad Manuelem Ducem exſtat Græce & Latine in Turco-  
Græcia Martini Cruſii libro IV. pag. 296.

## CAPUT XXII.

De PAPPŌ & THEONE Alexandrinis,  
Theonisque filia HYPATIA, & Hypatiæ  
discipulo SYNESIO Epifcopo.

*Pappi Alexandrini ætas & ſcripta.* 1. De editis libris ejus μαθηματικῶν  
συναγωγῶν. 2. Index ſcriptorum in illis allegatorum. 3. Com-  
mentarius in Ptolemaei magnam ſyntaxin. 4. Alii Pappi. 5. De  
Theone Alex. 6. Ejus ſcripta deperdita. 7. Commentarii, qui ex-  
tant in Euclidem, Aratum, Ptolemaum. 8. Index ſcriptorum in  
magna Ptolemaei Syntaxi & Græcis ad eam Commentariis allega-  
torum. 9. De Hypatia. 10. Ejusque diſcipulo Synefio. 11. Scri-  
pta Synefii edita. 12. Index eorum ad quos Epiftoſas ſcripſit. 13.  
Synefii editiones. 14. Scripta deperdita. 15. Alii Synefii. 16. Epi-  
ſtola ad Dioſcorum Serapidis ſacerdotem de magna arte, Græce  
& Latine. 17.

### I.

**P**APPUS Alexandrinus Philoſophus, Theodoſii magni tem-  
poribus vixiſſe a Svida \* traditur, qui imperio præfuit  
ab A. C. 379. ad 395. Rei Mathematicæ inſigniter ſtudioſum  
ac peritum ſcripta ipſius quæ exſtant teſtantur: plura autem  
alia ſcripſerat quæ interciderunt, ut χωρογραφίαν ὀκτανέμηκην, Uni-  
verſalem Chorographiam, ſive deſcriptionem locorum per totum orbem: Ποτα-  
μὸς τῆς ἐν Αἰθιοπῶν, de fluvio Africa. Ονειροκρίτικα. Somniorum interpre-  
tationes. Meminit idem Svidas. Citatur Pappus a Marino Procli

Cc 2

di-

\* Svid. in Θίαν & Πάπῳ.

discipulo in *προθωρα* ad data Euclidis, qui respicit ad illius opus μαθηματικῶν συναγωγῶν, sive *Mathematicarum collectionum libros*, qui a medio libri secundi usque ad octavi finem Græce fuere in Bibl. Isaaci Vossii, atque in Bodlejana inter libros Savilianos aliisque in Bibliothecis reperiuntur.

II. Græce nihil adhuc ex his lucem adspexit, nisi *aliquæ lemmata libri septimi*, quæ cum versione sua produxit *Marcus Meibomius* dialogo de proportionibus edito Hafniæ 1655. fol. pag. 154. & 156. atque *libri secundi propositio XV. usque ad XXVII.* sive extremam, quæ methodum multiplicandi majores numeros continent, & ex Codice Saviliano cum versione & notis *Job. Wallisii* prodierunt ad *Aristarchi Samii* calcem Oxon. 1688. 8. & in tomo tertio operum *Jos. Wallisii*, Oxon. 1699. fol. pag. 597-614. *Præfationis ad librum VII.* *Hermodoro* filio inscriptum, in qua de veterum *Analyti* geometrica tractat & Euclidis *Data* describit eorumque usum indicat, Græce cum *Commandini* versione legitur in prolegomenis *Davidis Gregorii* ad luculentam illam Euclidis editionem Oxon. 1703. fol. Denique *Præfatio integra libri VII.* in qua argumenta librorum duorum *Apollonii Pergæi* περὶ λόγων ἀπόδοσης, totidem περὶ χωρῶν ἀπόδοσης, 2. περὶ διωρισμένης τομῆς, 2. περὶ ἐπιπέδων, & Euclidis 3. librorum περιεμάτων, *Apollonii* τόπων ἐπιπέδων 2, & 2. κύβων atque *Conicorum* 8. nec non *lemmata librorum* περὶ λόγων καὶ χωρῶν ἀπόδοσης, Græce & latine edita ab *Edmundo Haley* ante *Apollonii Pergæi* libros duos de sectione rationis ex Arabico versos, quibus totidem de sectione spatii ex ingenio suo restitutos subjunxit, Oxon. 1706. 8. *Liber tertius, quartus, quintus, sextus, septimus & octavus* Latine tantum hæcenas viderunt lucem ex versione postuma *Federici Commandini* *Urbinate* cui commentarios etiam addidit editor *Gvidus Ubaldus*. *Pisauri* 1588. *Venet.* 1589. atque iterum *Pisauri* 1602. fol. Sed præstantissima editio est quam *Carolus Manoleffius* paravit *Bononiæ* 1660. fol. cujus hæc sunt verba:

*Fidem meam dudum in Galilæi operibus tibi oppigneratam ut libenter incipiam, Pappi Mathematicas profero Collectiones, in quibus emaculandis quælibet, quantumvis insumpserim operam facile tibi periculum prioris illius sum mea hac editione facienti immoscescit. Usus siquidem labore, & judicio Virorum cum Græca lingua sum Mathematicarum quos Studiorum Mater Bononiæ educat peritiorum effecti ut decursa suis munda prope innumera, quibus Græcum unquam scæbat contextus, & (quod capere est) restitui litterarum Characteres in figuris quamplurimis*

rimis perperam dispositis, qui quantum operi adderent difficultatis nemo alius demonstrationum, nuperrime licet, imitatus est qui nescias. Latina quoque seu Verso, seu Commentatio diligentissima interpunctio quantum fieri potuit ab amphibologico sensu est vindicata; adeo ut emaculatorem, aut diligentiozem editionem nullam fieri posse hac nostra existimem Sed id anteanimum est. Jam tum mentio obversatur Apollonii Conica, Archimædi opera, ut Trigonum priscorum sanctorum in Mathesi Virorum persians. Hæc addam Neotericos prima nota Auctores, Guidonem Ubaldum à Marchionibus Montis, Federicum Commandinum, Lucam Valerium, Bonaventuram Cavalerium, Benedictum Castellum, quorum Opera vel capere formis nostris iterum vivere, vel partem secundum iudem ab Typis præstolantur.

Jam olim Jobannes Baptista Raymundus ad Paulum V. Pontificem scripsit in præfat. ad librum Tasriph \* sive Grammaticam Arabicam, Romæ 1610. 4. Apparabam etiam e longa nocte, in qua sepultus jacens, in aspectum lucemque proferre libros omnes quos Pappus Alexandrinus ad certam & evidentem rerum Mathematicarum scientiam, quam resolutivam vocant, comprehendendam necessarios testatur.

Contractam Pappi collectionem exhibet Marinus Mersennus in synopsi Mathematica Paris. 1644. 4. sed illis tantum propositionibus altatis, quæ absque schematibus possunt intelligi, testatus Græcum Codicem Pappi existisse in Bibliotheca Lescuierii Senatoris.

Jobannem Gallesum novissime Pappi editionem molitum, dicitur Memoriis literariis Trevoltinis A. 1707. Augusto p. 14; 1.

Claudius etiam Nicæus pag. 8. diss. Gallice editæ de forma ac figura sirenium Paris. 1691. 4. testatus est Jo. Baptistam Lantinnum parare editionem Græcolatinam Pappi Alexandrini de numeris, atque Arithmeticz Nicomachi Geraseni. Illa Pappi de numeris non alia mihi videntur, quam quæ Clariss. Wallisio nos debere jam monui. Nonnulla Pappi attingit vertitque & illustravit ante Commandinum Barcolomeus Zambertus & Franciscus Maurolycus. Vide Gesneri Bibl. in Maurolyco.

Pluresne libros hocce *συναγωγῶν* opus complexum fuerit, quin octo, haud constat, nam in præfat. ubi duodecimum librum allegare videtur pag. 252. incertum est propter luxata latinæ versionis verba, an alterius potius scriptoris (Euclidis fortasse) librum

\* Vide Tentzelium in dialogis mensuris Anni 1692. pag. 569.

duodecimum Elementorum intelligat. Ceterum profitetur se Pappus omnia scripta necessaria ad universam Matheseos cognitionem hoc opere voluisse complecti, ne quicquam opus esset extrinsecus inquirere ut ait libro VIII. p. 481. licet in libros magna ex parte depravatos, & principio ac fine carentes incidisse se queritur pag. 482. Libros duos primores Arithmetice impendit, atque in illis exposuit quæ de numerorum disciplina tradidere Euclides, Archimedes, Nicomachus aliiq; libro tertio, quarto, quinto Geometrica tractat ex Euclide & Archimede. Sextus Sphærica ex Theodosio potissimum persequitur: Septimo Euclidis data, ac porismata, variaque scripta Apollonii Pergæi. Octavo Mechanica ex Herone & aliis. Sed ut quos auctores secutus Pappus sit, eo liquidius constet, ecce tibi scriptorum indicem quorum ille mentionem facit.

### III. Index scriptorum in Pappi Mathematica collectione laudatorum

*compositus a me ad paginas editionis Bononiensis.*

**A** Pollonius Euclide posterior. 250. Pergæus 481. 240. *Κωνική* libri octo 241. 389. 249. 250. 252. lib. I. 389. seq. lib. II. 395. III. (& IV.) 399. V. 95. 405. VI. 415. VII. & VIII. 427. *ἑσφαιρική* libri duo 243. 345. 329. ratio duas proportionales inveniendi pag. 7. per Conicas sectiones. *διωρισμένης τομῆς* libri duo. 243. 263. 281. 305. *ἑσφαιρικών ἐπιπέδων* libri duo 241. 247. 438. *ἑσφαιρικών* libri duo 241. 305. 313. 328. 249. *χωρὶς ἀποτομῆς* libri duo 241. 242. 263. *λόγῳ ἀπότομῆς* libri duo. 241. 242. 262. sq.

Archimedes de Helice. 82. 95. 111. de dimensione circuli. 90. 478. 116. 117. de sphaera & cylindro 116. 131. 133. 134. 145. 147. 154. Corpora Mathematica polygona tredecim. 129. *Ὀχλόμετρα* 448. In Mechanicis nihil scripsit præter librum de sphaeropedibus, licet summus Mechanicus: sed alia Geometrica composuit quam plurima 448. liber de æquiponderantibus 450. quadragesimum inventum mechanicum. da mihi locum extra terram & movebo terram. 460. Ejus *ἐπιζυγῶν*. 461.

Ari-

- Aristizus senior.** 240. Euclide antiquior. 251. ratio duas proportionales inveniendi pag. 7. per locos solidos. *Τόπων στερεών Conicis coherentium libri quinque* 2. 241. 249. 250.
- Aristarchus** libro de magnitudinibus Solis & Lunæ. 211.
- Autolycus.** 200. 201. libro de sphaera mota. 231.
- Carpus Antiochenfis** (de Archimede) 448.
- Charmander** libro tertio. 247.
- Conon Hamius** (leg. Samius) Geometra, de Helice. 82.
- Cratistum** alloquitur Pappus, cui libros suos inscripsit. 1. nisi sit encomium Viri, cujus nomen excidit.
- Demetrius Alex.** in *γραμματικῆς ἐπιστάσεως*. 95.
- Dinostrati** quadratura circuli. 88.
- Eratosthenis** mesolabus. 7. 8. *περὶ μεσοτήτων* libri duo. 241. 247.
- Erycemi** paradoxa 27.
- Euclides.** 250. 130. *στοιχειωτής*. 240. Alexandriz docuit, mitissimi ingenii. 231. liber XIII. elementorum. 166. Phænomena 181. 214. 228. 238. *πορισμάτων* libri tres. 241. 244-247. 354. seq. *τόπων πρὸς ἐπιπέδων* libri duo. 241. data 241. seq. libri quatuor Conicorum 249. 251.
- Gemini Mathematici** liber de disciplinarum Mathematicarum ordine. 448. (juniores 19.)
- Qui magnus** Geometra videbatur 1. antiqui Geometrae 7. 95. 312.
- Heracliti** problema. 311.
- Hermodorum** filium alloquitur eiq; dicat librum VII. 447. & VIII. 447.
- Heronis** Mechanica & Catapultica. 7. Hero mechanicus. 447. Ejus *πνευματικά, αὐτόματα, ζύγια, ὑδρῆια*. 448.
- Hero Alexandrinus** in libro qui inscribitur *βαρῦλοι*. 460. Mechanica ibid. & 450. 461. 481. 482. liber tertius 488. liber *περὶ τροχῶν*. 460.
- Hieronymus Philosophus** 2.
- Hipparchus.** 211. libro de duodecim signorum ascensione. 228. de circuli quadratura. 88.
- Libri quidam** (Geometrici) 71.
- Nicomachus Pythagoreus** de medietatibus decem proportionum (e libro 1. Arithmet.) 19.
- Nicomedis** ratio duas proportionales lineas inveniendi. 7. per lineam Conchoidem. Ejusdem duplicatio Cubi 86. 87. quadratura circuli 88. Papp-

Pappus libros XII. scripsisse videtur 252. commentar. in primum Mathematicorum (Ptolemy) 478. omnia scripta necessaria ad Matheseos cognitionem suo opere complecti voluit, ne quicquam necesse sit extrinsecus inquirere ut ait 481. in libros magna ex parte depravatos & principio ac fine carentes incidisse sequeritur 482. Commentarius Pappi ad data allegatur a Marino sub extremum *περοθεωρίας* suæ ad eundem datorum Euclidis librum. Allegatur Pappus etiam ab Eutocio ad Archimed. de dimensione circuli p. 49. & ad lib. 2. de sphaera ac cylindro p. 28.

Pericles. 242.

Philonis Mechanica 7. 461. 482.

Philo Tyaneus. 95.

divinisimus Plato 20. 129. idem respicitur ibidem, ubi ait Philo-  
phus tradere quod Deus sphaericam figuram mundo indidit.

Ptolemy 211. 238. (respicitur magna Syntaxis) Mechanica. 449.  
liber primus Mathematicorum. 159. in illum commentarius. 478.

Sphaeræ quibus imago cæli construitur per æqualem & circula-  
rem æquæ motum. 448.

Theodosius 184. 203. Sphaerica 236. primus Sphaericorum 157. se-  
cundus 233. tertius Sphaericorum 181. 183. liber de diebus &  
noctibus. 181.

IV. Svidas scriptum reliquit, a Pappo compositum *ὑπόμνημα εἰς τὰ τέσσαρα βιβλία τῆ Πτολεμαίου \* μεγάλης σφαι-  
ξως. Commentarium in libros quatuor magne syntaxeos Claudii Ptolemy.*  
Sed hodie sub Pappi nomine habemus tantummodo *commentarium in  
libri quinti partem*, pag. 231-236. edij. Græcæ Ptolemy Basil. 1578.  
Deinde sequitur: *λείπει τὰ Πάππου.* Hinc iterum pag. 245. seq. *ἢ  
ἢ ἔξῃς τῆ Πάππου.* Atque hinc Theoni Alexandrini commen-  
tarii in quintum & cæteros Ptolemy libros succedunt pag. 237.  
*τῆ Θεωνοῦ εἰς τὸ λείπει τῆ Πάππου.* In primum vero ac secundum,  
librum quemadmodum in quartum quoque, commentarius eidem  
Theoni tribuitur: in tertium autem *Nicolao Cabasila. τῆ Θεωνοῦ τὸ  
τρίτον λείπει, καὶ ἐδὲ εὐρίσκεται τὸ σύνολον.* Si MSti Codices suffra-  
garentur, etiam commentarium in primum, † secundum & quartum  
librum

\* Confer Gassendum Tom. 5. Opp. pag. 381.

† Commentarius in primum librum Theoni discrete tribuitur. Cabasila ad librum  
3, pag. 151. & a Theone ipso agnoscitur p. 316. Sic & in cæteros libros.



librum Pappo libenter tribuerem, ut Pappus libros quatuor primores (ex quibus perditus sit tertius) illustraverit, & quinto fuerit immortalis, Theo autem deinde reliqua suppleverit, totumque opus recensuerit. De Theone Pappi xquali statim infra hoc capite sum dicturus: de Nicolao Cabasila Archiepiscopo Theffalonicensi qui circa A. C. 1350. claruit, ejusque scriptis adire juvabit Leonem Alatium libro de Nilis p. 72. seq. edit. a me curata, & Bernhardum de Montfaucon, V. C. qui plura ejus inedita commemorat in Bibliotheca Coisliniana pag. 426. seq. Theonis & Pappi commentarios ad magnam Syntaxin laudavit etiam Eutocius qui Justiniani Imp. temporibus vixit, ad librum Archimedis de Circuli dimensione pag. 49. εἶρηται ἡ Πάππῳ καὶ Θέωνι καὶ ἑτέροις πολλοῖσι ἐξηγημένοις τὴν μεγάλην σύνταξιν ἔκ Κλαυδίου. Facit iterum utriusque mentionem ad librum de Sphaera ac Cylindro pag. 28. ὡς ἐστὶν ἐνεκεν ἐντυγχάνοντας Πάππῳ τε καὶ Θέωνι καὶ Ἀρκαδίῳ ἐν πολλοῖς σωληγάμασι ἢ ἀποδεικτικῶς ἀλλ' ἐπαγωγῇ ἢ ἄλλοις ἀποδείξεσιν.

### V. Alii Pappi.

In memoriam mihi revocat hic Pappus, Theologum Ecclesiae nostrae hoc nomine *Jobannem Pappum*, Hieronymi Pappi Consulis Lintaviensis F. virum singularis memoriae vi admirandum, & doctrina ac zelo laudatissimum, qui diem obiit Argentorati A. C. 1610. De ejus scriptis ac vita laudibusq; consuli possunt D. Jo. Conr. Dannhauerus in Homiliis Academicis T. 2. p. 701. seq. B. Jo. Fechtius in apparatu ad Epistolas Marbachianas pag. 135. seq. & in Historia Colloquii Emmendingensis quod A. 1590. habitum est, capite 8. Matthias Berneggerus in decade Oratt. pag. 53. seq. Georgius Serpilius in Epitaphiis Theologorum Svecicorum pag. 115. Reinhardus Henricus Rollius in Bibliotheca nobilium Theologorum p. 187. seq. & 510. & Joh. Balbasus Nienhenck in Theologo Lutherano fama & vita nobili pag. 50. de Pappo hoc dicturus, dubium relinquit utrum ille inter majores nostrae Ecclesiae putare poterit, quorum millenis alter, alter bis millenis tertius illum antecessit, Pappum nostrum Alexandrinum,

Dd

an

an Pappum Historicum cujus mentionem injicit Plutarchus \* in Demosthenis vita, an juniorem multis lustris Leonhardum Pappum Episcopum Constantiensem, qui Leopoldi gloriosæ memoriæ Imp. ad Hæreticos Legatus fuit A. C. 1574. Fuit & Pappus in Armenia Episcopus, qui Concilio Gangrensi adversum Eustathium Sebastenum interfuit, non diu post primam Synodum Nicznam.

VI. Pappi Alexandrini æquolis, teste Svida, atque adeo Theodosii Magni ætate clarus fuit THEO Alexandrinus, in Museo, a) sive præclaro eruditorum Virorum contubernio quod Alexandriæ in Bruchio a Ptolemæi Philadelphi temporibus b) floruit, sodalis, a Theone Mathematico c) qui Hadriani tempore observationes d) Astronomicas suscepit, quemque ipse Θεωνα παλαιὸν appellat, distinguendus, licet & ipse Mathematicus. Pater Hypatiæ, e) doctissimæ & Mathematicarum etiam disciplinarum peritissimæ fœminæ. Ipse meminuit diligentissime observatæ à se

\* Pag. 860. Πάππ⊕ τις ἔ τὴν ἰσορίαν Ἐρμῖππος ἀνείληφε. Obicit notari licet quod apud Pollucem IV. 19. inter personas Comicas refertur Πάππ⊕, de quo Casaubonus lib. 1. de Atyrice pœsi cap. 4. & Meursius parte 2. Episc. Critic. c. 12. Hic apud Isidorum legit Pappus in glossar. pro Pappus, *παλαιὸν* sequitur *Μυδανεύς*. Sed Pappus habent etiam Juvenalis Codices VI. 633.

a) Svidas: Θεωνὸς ὁ ἐκ τῆς Μυσηίας, Αἰγύπτῳ Φιλόσοφος, σύγχρονος τῷ Πάππῳ τῷ Φιλοσόφῳ αὐτῷ Ἀλεξανδρῆνι. Ἐτύχανον τῷ ἀμφοτέρῳ ἐπιθεωροσὶα βασιλέως ἔπεισε βυίερεν.

b) Vide Jo. Frid. Gronovii & Ludolphi Kusteri diatribas de Museo Alexandrino, Tomo VIII, thesauri Antiqv. Græcar. & D. Adami Rechenbergii dissertationem exactam Lipsiæ A. 1709. aliosque laudatos a me II. 19. p. 487. & IV. 30. p. 369.

c) De illo dixi libri I. cap. 5. quemadmodum de aliis Theonibus lib. 4. c. 31 *Jan* libet annotare falli Jac. Gothofredum qui p. 337. seq. ad Philostorgium, eum cum nostro Hypatiæ parente putat esse Theonem cujus Eunapius in vita Jonici meminit. At illum Eunapius ait claruisse ἐν Γαλατία, (hoc est in Galatia, non ut Hadr. Junius in Gallia) cum nosser Alexandriæ perpetuo vixerit. Ille Medicus fuit: fortasse Archiater ille Theo, cujus liber *τις ἔρωπ⊕* inscriptus memoratur a Photio Cod. 220. At nosser Philosophus sc Mathematicus.

d) Theo in lib. X. p. 375. *μίαν κῶν ὑπὸ Θεωνῷ παλαιῷ μαθηματικῷ γεγενημένην ἐς ὑπο Ἀδριανῆν ἐποιεῖτο τὰς ἡμετέρας.*

e) de ea infra hoc capite.

a se Eclipses solaris f) Alexandriæ sub meridiem diei XXII. mensis Payni (secundum alios Ægyptios Thoth) Anno Nabonassari 1112. hoc est Christi 355. Tum Eclipses Lunaribus g) eodem Anno 1112. Nabonassari sive anno Diocletiani 81. die prima mensis Athyr, ut Alexandriæ tempora computabant, secundum alios vero Ægyptios mensis Phamenoth. Nec non σινοδικῆς συζυγίας eodem anno 1112. Nabonassari. h)

*VII. Deperdita Theonis scripta hæc a Suida memorantur:*

Μαθηματικά, *Mathematica*, nisi commentarios quos habemus in Ptolemæi magnam syntaxin intelligit, hanc enim in limine proemii μαθηματικὴν σύνταξιν Theo appellat.

Ἀριθμητικά. *Arithmetica*.

Περὶ σημείων καὶ σκοπῆς ὀριέων, καὶ τῶν κοραίων Φωῆς. *De aspicuiis & voce corcorum.*

Περὶ τῆς κινῆς ἐπιτολῆς. *De ortu caniculae.*

Περὶ τῆς Νείλου ἀναβάσεως. *De Nili adscensu sive incremento.*

Ἐκ τῶν μικρῶν Ἀστρολόγων ὑπόμνημα in *paruum astrolorum commentarium*, ita enim legendum mihi videtur pro: εἰς τὸν μικρὸν ἀστρολάβον, in *paruum astrolabium*. Nam post μέγαν ἀστρολόγον sive magnam Syntaxin Ptolemæi habebant libellos Theodosii Tripolitæ, Antolyçi, Aristarchi, Hypsicles ac Menelai, quos cum Datis Euclidis in unum volumen compingebant, & μικρὸν ἀστρολόγον appellabant, ut notavi lib. 3. cap. 5. §. 12.

*VIII. Scripta quæ exstant.*

Exstant hodie Theonis illius 1. ἔκδοσις ac recensio *elementorum Euclidis*, de qua dixi lib. 3. capite 14. §. 2.

Dd 2

2. Frag-

f) In librum VI. pag. 332. καὶ Ἀιγυπτίως τῷ αριθμῷ ἔτει ἀπὸ Ναβονασάρου βασιλείας μζ' β', γ', ὥρας ἰσημεριας, τ' ἐν τῇ καδ' ε' Θωθ' μισημβρίας, καὶ τῇ Ἀλεξανδρίας πρὸς τὰ καιρικά καὶ ἀπλῶς λαμβανόμενα νυχθημέρα, αριθμῷ τῆς αὐτῆς βασιλείας μζ' τας ἰσας ἀπὸ μισημβρίας ὥρας ἰσημεριας β', γ', τ' ἐν τῇ καβ' τῆ παύνι μισημβρίας.

g) Id. pag. 284. Scaliger de emendat. temp. V. pag. 496.

h) Theo in lib. 6. pag. 277.

2. *Fragmenta commentarii in Ptolemai πρόχρονον κανόνα, Canonem expeditum* sive succinctam recensionem Chronologicam Regum a Nabonassaro ad Antoninum Pium, de qua lib. 4. cap. 14. §. 6. Hujus commentarii Theonis meminit Svidas, ex quo tunc inedito nonnulla attulit Jac. Golius ad Alfraganum pag. 17. seq. & 46. alibi p. 59. testatus ab Arabibus quibusdam, ut Kauxiano Gilzo pro Canonis ipsius auctore Theonem haberi, perperam sane: unde & Alfraganus tabulas illas sive Canonem non sub Theonis sed Ptolemzi recte laudat nomine. Theonis Commentarius in Canones Ptolemzi ad *Epirbanium* filium (eundem cui commentarios in Magnam Syntaxin dicavit) MStus exstat in Bibl. Laurentiana Florentiz, in Codice Seculi XIV. Fragmenta quæ dixi ex Codicibus Vossianis Græce & Latine edidit Henr. Dodwellus ad calcem Dissertationum Cyprianicarum, Oxon. 1684. 8. quæ deinde sijnunctæ S. Cypriano Joh. Felli, Episcopi Oxoniensis curis recensito, Oxon. 1685. fol. Brem. 1690. fol. & Amstelod. 1700. fol.

3. *Scholia in Aratum* huic Theoni tribuunt Jo. Baptista Ricciolus in Almagesto, Ludolphus Kusterus ad Svidam, aliique viri docti, licet qualia hodie exstant, ex aliorum etiam scholiis interpolata esse jam notare me memini lib. 3. cap. 18. §. 4.

4. *Commentarius in magnam Ptolemai Syntaxin.* Opus ipsum Ptolemzi (de quo lib. 4. cap 14. a me dictum fuit) tredecim libris constat, sed *ὑπομήματα* quæ Græce cum præfat. Joachimi Camerarii ad Senatam Noribergensem ex Codice Cardinalis Bessarionis ad calcem magnæ syntaxeos prodire Basil. 1538. fol. non in omnes libros, nec Theonis omnia sunt, ut supra in Pappo jam attigi. In proœmiō *Epirbanium* filium Theo alloquitur, in cujus gratiam etiam commentarios in Canones *πρόχρονος* adornavit: *συνεχέστερον προτρέψομαι ἐπὶ τῶν ἀπλοῶν, τέκνον Ἐπιφάνι, ὑπαγορεύω εἰς τὰ ἐκάστῳ δοκίμα διχορῆ τὸ Πτολεμαῖον μαθηματικῆς συντάξεως, καλῶς ἔχει ἠγησάμενον ὑπερνηματικῶν ταύτης ποιῆσθαι &c.* Theonis exstant commentaria in librum *primum, secundum, quintum*, in majorem partem *quartum* in *sexum, scriptum*, (in cujus exordio iterum filium *Epirbanium* alloquitur) *septimum, nonum, decimum*, in *decimum tertium*. Commentarius in librum tertium est *Nicolai Cebesile*, in quinti initium & partem *Pappo* debetur: at in decimi extremam partem, undecimam integrum & duodecimi priorem partem majorem desideratur. Latine qui

qui verteret hos commentarios, repertus fuit ante centum amplius annos *Job. Baptista Theophilus*, Urbinas, cujus interpretationem MS. a Viviano traditam sibi, ut Regis Christianissimi Bibliothecæ inferretur, narrat Joannes Mabillonius in itinere Italico pag. 193. At Gerh. Jo. Vossius de scientiis Mathematicis pag. 165. testatur librum primum commentariorum Theonis editum esse Neapoli A. 1605. ex versione latina *Jobanni Baptista* Neapolitani.

*IX. Indiculus scriptorum in Ptolemæi magna Syntaxi & Græcis ad eam Commentariis\* laudatorum.*

concinatus a me ad editionem Græcam Basileensem.

*Ptol.* paginas magnæ Syntaxeos, *Th.* Commentariorum Græcorum denotat.

**A** Grippa qui in Bithynia observationes Avtronicas instituit Anno XII. Domitiani (Nabonassari DCCCXL.) *Ptol.* pag. 171.

Eclipses Alexandriz observatz anno LII. & LV. periodi secundæ Calippicz. *Ptol.* pag. 106. alia Anno VII. Philometoris (Nabonassari DLXXIV.) 142.

*Annus Aegyptiacus*, 365. *diemum.* *Th.* pag. 275.

Apollonius Pergæus. *Ptol.* 280.

Archimedes. ἄλλ' ἐπὶ μὲν τῶν τροπῶν ἕκ ἀπειρίτου καὶ ἡμᾶς καὶ τὸν ἀρχιμήδη καὶ ἐν τῇ γῆρῳ καὶ ἐν τῷ συλλογισμῷ διαμαρτάνει καὶ ἕως ἰσταζῆς μέρους ἡμέρας. Hipparchus apud *Ptol.* pag. 10.

Ejus de dimensione Circuli respicit *Ptol.* pag. 151. ἐν τοῖς περὶ κατοπτρικῶν. *Th.* pag. 10. ἐν τῷ περὶ σφαιρας καὶ κυλίνδρων. *Th.* p. 17. 23. Κύκλου μέτρησις. *Th.* pag. 23. 316.

Architectorum perpendicularum ad rectitudinem observandam. *Th.* pag. 30.

Aristarchus *Th.* 199. Metone & Euctemone junior: ab eo observata solstitia. *Ptol.* pag. 62. *Th.* pag. 139. anno L. periodi primæ Calippicz *Ptol.* pag. 63. *Th.* pag. 140.

Aristoteles, *Ptol.* pag. 1. *Th.* p. 30.

Hipparchus ἐν τῷ α' βιβλίῳ περὶ μεγεθῶν καὶ ἀποσημάτων. Th. p. 256.  
 περὶ ἐμβολίων μηνῶν τε καὶ ἡμερῶν. Ptol. p. 63. Th. p. 140.

ὑπὸ τῷ Ἰππάρχῳ τετηρημένα καὶ ἀναγεγραμμένα τ' σελήνης πά-  
 ροδοι. Ptol. p. 108.

reprehenditur. Ptol. pag. 133. Th. 138. 268. 375. 376. tantum  
 Solis & Lunæ motus attendit, quinque planetarum  
 ne suscepit quidem Ptol. 210.

Instrumenta observandis sideribus. Ptol. pag. 17. (confer Proclum  
 in ὑποτυπώσεις Astronomicarum ὑποθέσεων.) 108. Anni ratio  
 accurate observata ab Hipparcho ἐπὶ τῷ ἐν Ἀλεξανδρίᾳ ποιηθέντι  
 χαλκῷ κρίκῳ. Ptol. pag. 60. Astrolabium Ptol. p. 111. 167. 172.  
 211. 241. 245. 255. 260. 268. Th. 56. seq. & 131. seq. 106. 233.  
 361. 376. 386. seq. Instrumentum ὁδωλακτικὸν μοιρογνωμόνιον.  
 Ptol. 121. 122. Th. 257. ἐξ ὑδρίας ὠροσκοπίαι. Th. p. 82. 196. ejus  
 descriptio. 261. Observatio facta ab Hipparcho διὰ τῷ τετραπύ-  
 ρῳ κανόνι διόπτραν. Ptol. pag. 125.

A Mardocepadi anno secundo ad Hadriani XIX. sunt anni  
 DCCCLIV. Ptol. pag. 100. ab anno primo Nabonassari ad ar-  
 num secundum Mardocepadi, anni Ægyptiaci XXIV. p. 101.

Mathematici Ptol. pag. 63. 210. 280. Th. p. 140. μαθηματικῶς, Φυ-  
 σικῶς &c. ἐπάβαλιν τῷ λόγῳ. Th. 133. οἱ πλείστοι τῶν ὁδο-  
 γῶν τὰς ἐκλειπτικὰς σημασίας. 316.

Menelaus Geometra Romæ sidera contemplatus primo anno Trajani  
 (Nabonassari DCCCXLV.) Ptol. pag. 170. 171. ἐν τοῖς ὁδογῶ-  
 κῶς. Th. p. 77. 99. 203. 342. Menelai θεωρήματα. 344.

Meton. Vide supra in Euctemone.

Ab initio Nabonassari τὰς παλαιὰς τηρήσεις ἔχομεν. Ptol. pag. 77. 81.  
 100. à primo anno Nabonassari ad mortem Alexandri M. Anni  
 secundum Ægyptios CCCXXIV. Ptol. p. 79. a morte Alexandri  
 ad Augusti Imperium anni CCXCIV. a primo anno Augusti ad  
 XVII. Hadriani, CLXI. Ptol. pag. 79. Th. p. 180. A primo Na-  
 bonassari anno computat alia Ptol. pag. 105. 106. 111. 125. 136.  
 141. 169. 170. 231. 232. 238. 244. 254. 262. 271. Th. 180. 181.  
 182. 183. 194. 195. 225. 228. 229. 231. 241. 255. 274. 277. 281.  
 282. 323. 324. 332. 395. 398. 399. 400.

icolaus Cabasila in librum III. pag. 131-194. CPoli scripsisse videtur ut colligo ex pag. 182 ubi meridiani Alexandrix differentiam a Meridiano Byzantii annotat.

Observationes ἀπλῆστερα. Th. p. 39.

παλαιός. Ptol. pag. 83. 209. 231. Th. pag. 216. οἱ παλαιότεροι μαθηματικοί. Th. pag. 140. 205. 235. 261. παχυμερέστεραι καὶ σεχρήσατο ἐπισκέψοι. Th. pag. 145. αἱ πλείσται τῶν παλαιῶν ἡγήσεις ἀνεξήγητος καὶ ἀκριβῆς γεγραμμέναι. Th. 373. 375. Itaque παλαιότερα γὰρ ἀκριβέστερα opponuntur, 380.

ppus Alex. in librum quintum pag. 231-236. & 245. seq.

parallelorum circulorum per terrarum orbem descriptio. Ptol. p. 28. seq. (Latine apud Bedam libro de Natura rerum cap. 6. ex seipso de libro Ptolemai de magna operatione, quod Almagestum inscribitur, Tom. 2. Opp. pag. 38. seq.)

γησίως φιλοσοφῆσαντες. Th. p. 1.

to Th. 372. ejus quinque πολύετρα τριγώνια σχήματα. pag. 17.

Demetrius observationes suas ad meridianum Alexandrix Ægypti computat. Ptol. pag. 58. 79. 95. III. 122. 123. 125. 141. 142. 157. 170. 171. Th. pag. 182. ἐν ταῖς πρὸ τῶν ἀπλανῶν ἀσείρων ἐπιδείξομαι. Ptol. pag. 59. (respicit librum septimum magnæ Syntaxeos.) observationes accurate instituit æquinoctii anno XVII. Hadriani \* p. 77. & anno III. Antonini (Pii) a morte Alexandri CCCCLXIII. 62. 72. Th. 167. Eclipses tres observavit Alexandrix, primam anno XVII. alteram XIX., tertiam XX. anno Hadriani 98. inde emendandum pag. 102. τῷ ἢ ἔτη Ἀδριανῷ & scribendum γῶ ἰθ. Alia observatio facta anno secundo Antonini, Ptol. III. 167. ubi & plures fixarum observationes testatur se fecisse κατ' ἀρχὴν Ἀντωνίου. Adde 172. 206. Th. 358. 384. 385. 386. 393. 399. Aliz observationes XI. anno Hadriani Ptol. 163. XV. p. 245. Th. 403. XVII. Ptol. 255. 263. XVI. & XVIII. Ptol. 231. 233. 240. & XIX. pag. 233. 245. & XX. pag. 113. 263. Th. pag. 258. XXI. Ptol. 239. 240. 255. Th. 396. 397. & Antonini I. (Nabonassari DCCCCLXXXIV.) Ptol. 231. 233.

Ee

242.

Male Domitiani in versione Trapezuntii,

Libri V. Pars 4.

**Hipparchus** ἐν τῷ ἀ βιβλίῳ περὶ μεγεθῶν καὶ ἀποσημάτων. Th. p. 254  
 περὶ ἐμβολίων μηνῶν τε καὶ ἡμερῶν. Ptol. p. 63. Th. p. 140.

ὑπὸ τῷ Ἰππάρχῳ τετηρημένα καὶ ἀναγεγραμμένα τ' σελήνης πα-  
 ροδοί. Ptol. p. 108.

reprehenditur. Ptol. pag. 133. Th. 138. 268. 375. 376. tantus  
 Solis & Lunæ motus attendit, quinque planetarum  
 ne suscepit quidem Ptol. 210.

**Instrumenta observandis sideribus.** Ptol. pag. 17. (confer Proclum  
 in ὑποτυπώσει Astronomicarum ὑποθέσεων.) 108. Anni ratio  
 accurate observata ab Hipparcho ἐπὶ τῷ ἐν Ἀλεξανδρίᾳ κειμένα  
 χαλκῷ κρίκῳ. Ptol. pag. 60. Astrolabium Ptol. p. 111. 167. 172  
 211. 241. 245. 255. 260. 268. Th. 56. seq. & 131. seq. 166. 233  
 361. 376. 386. seq. Instrumentum ὀρθογωνιῶν μοιρογνωμόνιον  
 Ptol. 121. 122. Th. 257. ἐξ ὑδρίας ὠροσκοπίς. Th. p. 82. 196. ejus  
 descriptio. 261. Observatio facta ab Hipparcho διὰ τῷ τριεπί-  
 χυς κανόνος διόπτραν. Ptol. pag. 125.

**A Mardocepadis anno secundo ad Hadriani XLIX. sunt anni**  
 DCCCLIV. Ptol. pag. 100. ab anno primo Nabonassari ad an-  
 num secundum Mardocepadis, anni Ægyptiaci XXIV. p. 101.

**Mathematici** Ptol. pag. 63. 210. 280. Th. p. 140. μαθηματικῶς, Φυ-  
 σικῶς &c. ἐπέβαλεν τῷ λόγῳ. Th. 133. οἱ πλείστοι τῶν ὀργάνων  
 τῶν τὰς ἐκλειπτικὰς σημασίας. 316.

**Menelaus Geometra Romæ sidera contemplatus primo anno Trajani**  
 (Nabonassari DCCCXLV.) Ptol. pag. 170. 171. ἐν τῷ σφαιρι-  
 κῶς. Th. p. 77. 99. 203. 342. Menelai θεωρήματα. 344.

**Meton.** Vide supra in Euctemone.

**Ab initio Nabonassari τὰς παλαιὰς τηρήσεις ἔχομεν.** Ptol. pag. 77. 81.  
 100. à primo anno Nabonassari ad mortem Alexandri M. Ptol.  
 secundum Ægyptios CCCCXXIV. Ptol. p. 79. a morte Alexandri  
 ad Augusti Imperium anni CCXCIV. a primo anno Augusti ad  
 XVII. Hadriani, CLXI. Ptol. pag. 79. Th. p. 180. A primo Na-  
 bonassari anno computat alia Ptol. pag. 105. 106. 111. 125. 136.  
 141. 169. 170. 231. 232. 238. 244. 254. 262. 271. Th. 180. 181.  
 182. 183. 194. 195. 225. 228. 229. 231. 241. 255. 274. 277. 281.  
 282. 323. 324. 332. 395. 398. 399. 400.



τὰ τοιαῦτα λέγει λήψιν ἀπεδείκνυμεν. 305. ἐν τῷ γ' καὶ δ' βιβλίῳ ἐδηλώμεν. 377. ἡ ἡμετέρα δὲ Ἀλεξανδρείας εἰκησικ. 105. 332. τοῖς διδασκασίαι ἡμῶν ἐπὶ δ' εἰς τὸ πρῶτον βιβλίον σφαιρικῆ θεωρήματ<sup>ο</sup>. 110. ἐν τῷ πρώτῳ τῶν εἰς τὴν σύνταξιν βιβλίων ἐδίδαξεν θεῶν. (Nic. Cabasila in lib. 3.) p. 131. Terram æternam statuit Theo p. 199. ἐν τοῖς περὶ τῶν ἐκλείψεων (ad lib. IV. Syntaxeos) διαληφόμεθα. 202. καθάπερ ἐν τῷ τρίτῳ βιβλίῳ ἐπὶ τῇ ἡλιακῆς ἀνωμαλίας ἀπεδείκνυμεν. 206. 220. ἐδείξαμεν ἐν τοῖς εἰς τὸ τρίτον βιβλίον χρονίοις. 296. ἐν τῷ γ' βιβλίῳ διεξήλθομεν. 379. 382. ἐν τῷ πέμπτῳ βιβλίῳ ἐδηλώμεν. 387. δέδεικται ὑφ' ἡμῶν ἐν τῷ εἰς τὸ ἴταρον βιβλίον χρονίῳ 258. δέδεικται ἡμῖν εἰς τὸ ε' βιβλίον. 285. δέδεικται κτεῖν ἐν τῇ ἐκδόσει τῶν στοιχείων (Euclidis) πρὸς τῷ ἴτελει δ' ἕκτα βιβλίῳ. Th. pag. 50. Observationis a se factæ Alexandriæ Anno LXXXI. Diocletiani (Nabonassari MCXII.) Meminit 284. 319. 332.

Theodosii Sphærica. Th. pag. 37. σφαιρικὸν θεωρήμα. 71. δέδεικται καὶ ἴτερον ἐν τῷ ἡ θεωρήματι δ' δευτέρῳ τῶν σφαιρικῶν. 86. καθάπερ ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν σφαιρικῶν ἐδήχθη. 92. 99. 104.

Timocharis. Ptol. p. 164. 166. 168. 169. Th. 356. Supra in Aristyllo. Ejus observationes non dignæ fide, utpote ὀλοχερῶς εἰλημμένα. Ptol. pag. 168. observationes instituit Alexandriæ anno XLVII. primæ periodi sive ἐκαυσεβδμήκονταετηρίδ<sup>ο</sup> Calippicæ. (Nabonassari CCCCLXV.) Ptol. p. 169. & anno XXXVI. Periodi 1. Calippicæ, Nabonassari CCCCLIV. pag. 170. 171. & anno periodi primæ Calippicæ XLVIII. Nabonassari CCCCLXVI. p. 170. Anno XIII. Philadelphii, Nabonassari CCCCLXXVI. Ptol. pag. 242. Th. 399. 400.

Zenodorus ἐν τῷ περὶ ἰσομέτρων σχημάτων. Th. pag. 11.

*Georgius Bullus*, postea Episcopus S. Davidis A. 1705. denatus, in defensione hdei Nicænx de æterna Divinitate Filii DEI ex scriptis SS. Patrum qui intra tria prima Ecclesiæ Christianæ sæcula floruerunt, in qua obiter quoque CPolitanum Symbolum de divinitate Spiritus S. ex antiquiorum testimoniis adstruitur. Oxon. 1685. 4. Amstel. 1688. 4. & inter Viri doctissimi Opera, Lond.

R r

1703.

\* Sandius sub Hermanni Cingalli nomine edidit librum pro Arii hæresi, quem inscripsit: *Scriptura S. Trinitatis rebelatrix* Gondæ, 1677. 12.

1703. fol. in quibus etiam exstat ejusdem Judicium Veteris Ecclesiæ de necessitate credendi quod CHRISTUS sit DEUS, contra Sim. Episcopium, quod separatim prodierat quoque Amstelod. 1697. 8. Nec omittenda ejus primitiva & Apostolica traditio dogmatis in Ecclesia Catholica recepti de JESU CHRISTI SERVATORIS nostri Divinitate asserta & evidenter demonstrata contra Zwickerum, ejusque nuperos in Anglia sectatores.

*Danielus Whitby* de vera CHRISTI Deitate adversus Arii & Socini hæreses, Oxon. 1691. 4.

*Eduard Stillingfleet* capite nono libri Anglice editi cui titulus: a discourse in vindication of the Trinity. Lond. 1697. 8. pag. 171. seqq.

*Jo. Ernestus Grabe* in libro Anglice post ejus obitum vulgato cui titulus: some instances of the defects and omissions in Mr. Whistons collection of testimonies from the Scriptures and the Fathers against the true Deity of the Son and the Holy Ghost, and of misapplying and misinterpreting them. Lond. 1712. 8.

Ex aliis Reformatis:

*Jo. Amos Comenius* in admonitione ad omnes Christianos de irenicorum. Amstelod. 1660. 8. pag. 97. seq. Idem in iterum admonitione &c.

*Stephanus le Moigne* in notis ad Varia sacra, Lugd. Bat. 1684. 4. pag. 137-292.

*Frid. Spanhemius* fil. Tom. 3. Opp. pag. 1216. seq.

*Jo. Hornbeckius* Tom. 1. Socinismi confutati pag. 394. seq.

*Benedictus Pictetus* Tom. 1. Theologiæ Christianæ, lib. 3. cap. 10. p. 212. seq.

*Armandus Borbonius & Stephanus Decamps* in Epistolis & notis, editis Gallice A 1689.

VIII. PHOTINUS, de Gallo Græcia Ancyranus in Patris Diaconus, atque inde Episcopus Sirmiensis, \* quem Scotinus Lucifer & Athanasius appellant, Vir (ut de eo cap. 16. Vincentius Lirinensis) *Singeniis viribus valens & doctrinis opibus excellens & eloquio potentens, quippe qui utroque sermone (Græco & Latino) copiose & graviter disputaret & scriberet*, instaurator sectæ Ebionis, Artemonis & Pauli Sarmofateni, (Socini antea mbulo) hæresin suam non videtur prodidisse

\* Sirmium, caput Illyrici. Hodie Scerim, vicus.

disse ante A. C. 341. uti ex Socratis II. 14. seq. observat Matthæus Larroquanus in diff. de Photino, Genev. 1670. 8. Confer Benedictinorum notas ad S. Ambrosium Tom. 2. pag. 445. Igitur licet in Ario etiam Phorini sectam. antequam nasceretur, damnaverit Ecclesia, tamen proprie damnatus Photinus non est A. 325. in Concilio Nicæno nec in Concilio eodem tempore habito Romæ sub Silvestro, ut refertur in conficito quodam Epilogo Concilii Romani. Neque A. 336. cum Magistro suo Marcello Ancyrano in Synodo CPol. ut Sulpicii Severi, diverso gesta tempore perperam conjungentis fide, tradunt Petavius diff. de Photino, Pearsonius commentario ad Symbolum Apostol. pag. 212. & Chifletius ad Vigilium pag. 121. Sed primum in Synodo secunda Antiochena A. 345. ab Eusebianis *Atbanas. de Synodis & Socrates lib. 1. cap. 19.* Deinde a Catholicis in Concilio Sardicensi A. 347. nisi Sardicensem cum Sirmieni Synodo confundere *Epiph. in. LXXI. 1. & Sulpicius Severus II. 36.* Tertio, in Synodo Mediolanensi, itidem a Catholicis A. 347. *Hilarius in fragm. Liberius Papa & Episcopi Catholici in Synodo Ariminensi, & Epistola Valentis & Ursacii ad Julium Pontificem Rom.* Quarto A. 349. in Synodo Sirmieni depositus ab Episcopis Catholicis Occidentalibus, licet ob existimationem favoreque populi removeri non potuit. *Idem Hilarius in fragm.* Quinto in altera Synodo Sirmieni A. 351 iterum depositus ab Orientalibus Episcopis, atque a Basilio Ancyrano convictus & relegatus est. *Hilarius, Epiph. in. Sozomenus II. 6. Socrates II. 30 &c.* Sexto in Concilio Mediolanensi A. 355. Denique inter alios hæreticos in multis posterioribus Synodis, ut Romana sub Damaso, CPolitana I. Oecumenica aliisque.

Hæc ut verisimillima paucis annotare volui ex proluxioribus de Photino diatribis Petavii, \* Sirmondi, Larroquani: & ex Petri de Marca ac D. Dorschei nostri de Concilio Sirmieni tum Tillemontii T. 6. memor. pag. 218. seq. & B. Doctoris mei Tho. Ittigii Historia Photini, quæ erudita illius Viri commentatio in heptade dissertationum cum Appendice diff. de hærelarchis Apostolicæ ætatis lucem vidit Lipsiæ

R r 2

1696.

\* Petavius ad Epiph. pag. 307. seq. & diff. de Photino ad calcem Rationarii temp. Sirmondus in diatriba duplici imitana, quæ cum Petavii elenco ac priore diff. extratomo IV. Operum Sirmondi, Paris. 1697. Petri de Marca diff. de tempore Synod. Sirmien. plenariæ, & de Valentis & Ursacii venia, ad calcem operis de concordia sacerdotum & Imperii: Jo. Georg. Dorsheus ad Concilium Sirmienic. Argentorat. 1650. 4.

1696. 4. Vide sis etiam quæ de Photino Beveregius ad can. 7. Laodiceen. & I. CPol. Elmenhorstius pag. 148. ad Gennadium de dogmatibus Eccles. Cotelerii monumenta Ecclesie Græcæ Tom. 3. pag. 38+ Mortuus Photinus in Galatia A. C. 376. ut testatur Hieronymus in Chronico.

### *Photini scripta.*

Post habitam cum Basilio Ancyrano dissertationem, tum Græco tum Latino sermone scripta in exilio vulgavit, quibus excepta opinione sua reliquas omnes falsas conabatur ostendere. *Λόγος πρὸς τῆς Ῥωμαίων καὶ Ἑλλήνων Φωτῆ συγγράφων ἐξεδίδα, δι' ὧν ἐπεδείκνυτο πλὴν τῆς αὐτῆς τὰς τῶν ἄλλων δόξας ψευθεῖς ἀποφαίνεσθαι.* Sozomenus IV. 6. Hoc fuit opus *adversus omnes hereses*, utraque Lingua a Photino editum, de quo Socrates II. 31. ἐν Φυγῇ τε διαγὰρ τῆς λοιπῆς λόγον συνέγραψεν ἀμφοτέραις γλώσσαις, ἐπεὶ μηδὲ τῆς Ῥωμαϊκῆς ἦν ἀμοιροῦσθαι. Ἐγγραφὴ δὲ κατὰ πᾶσιν αἱρέσεων, τὸ αἰεὶ μόνον δόγμα παραλιθήμεναι.

S. Hieronymus cap. 107. de Scriptor. Eccles. *Photinus a Valentiniano Principe pulsus Ecclesia, plura scripsit Volumina, in quibus vel precipua sunt contra Gentes, & ad Valentinianum libri.*

Rufinus commentario in Symbolum: *Comperi nonnullos illustrium tractatorum aliqua de his pie & breviter edidisse: Photinum vero habentem se eatenus conscripsisse, non ut rationem dictorum audientibus exponeret, sed ut simpliciter ac fideliter dicta ad argumentum sui dogmatis traheret.*

Photinum confutarunt e Græcis Diodorus Tarsensis libris IV. teste Theodorito lib. 2. de hæret. fab. c. 11. e Latinis *Audentius Hispanus* in libro *de fide adversus omnes hereticos*. Gennad. cap. 14. de S. E. nec non Auctor quæstionum V. & N. T. qui exstat inter Augustini Opera & Photino adhuc superstite videtur scripsisse.

### *Alii Photini.*

Photinus Lugdunensis Episcopus, quem celebrant Lugdunenses in notissima apud Eusebium Epistola lib. V. & Martyrologia 2. Junii.

Pho-

\* MS. Gvelpherbyt. notante Clariss. S. E. Cypriano: *in quibus libri precipui sunt contra Gentes.*

Photinus Martyr Nicomediensis sub Diocletiano, 12. August.

Photinus CPol. Presbyter, clarus imperante Mauritio circa extremum  
szculi VI. & auctor Vitz Johannis Jejunatoris, ex qua fragmen-  
tum in Synodo Niczna II. aetione 4. Tom. 3. edit. Binianz  
pag 570.

**IX. AETIUS Antiochenus** a) relicta cultura vinez  
artem fabrilem in zre auroque exercuit, inde famulus medici (So-  
polidis b) atque ab Armenio quodam pecuniis largius suppeditatis  
ipse artem professus Medicam, & lingua factiosus atque Aristotelis  
imbatus dialectica, exortz Arii hzresi non modo assensit, sed etiam  
ulterius ex Arii principiis provehere, & cum discipulo Eunomio  
Anomœorum sectz princeps esse instituit. per Theophilum Blemmy  
& Leontium Antiochiz Episcopum Gallo Czari, quem sacris lite-  
ris etiam instituit, c) commendatus, & amicus Georgii Tarbas-  
thenitz, Ariani, qui post ejectum S. Athanasium Ecclesiaz Alexan-  
drinz prztuit. d) Ab eo Diaconatum quoque suscepit, e) quem  
Leontius Antiochiz obtulerat, ubi hzresin suam primum spargere  
cœpit \* sub Constantio, a quo missus in exilium, sed a Juliano revoca-  
tus, cujus ad Aetium literz extant Sozomeno V. c. 5. etiam memoratz,  
& singularis gratiz ac beneficiorum documenta. Cum Epistolam illam  
ad Aetium Julianus scriberet, jam Episcopus f. ordinatus ille erat  
in Synodo CPolitana A. C. 361. Postea A. 375. in discrimen capitis  
venit, apud Procopium tyrannum delatus quod Valenti faveret, sed  
amici intercessione dimissus CPoln se contulit, ibique non diu post  
obiit przsente discipulo Eunomio. g) Propter hzreseos proter-

R 3

vam

a) Socrates II. 35. Svidas in *Æsticis*. Nicetas V. 30. thesauri &c. Follitur Damasce-  
nus qui Aetium Culicem vocat hzreti 76. & Vestius de .Lilolopia pag. 103. qui  
ex Apamea Mesopotanz oriundum facit.

b) Philostorg. III. 5. Nicoph. IX. 17. c) Philostorg. III 27.

d) Hzc de Aetio ex Athanasii Galatarum Episcopi fide Greg. Nyssenus lib. I. contra  
Eunom. pag. 292. seq. qua conferenda cum Philostorgio hzrit Encomaste.

e, Epiphani. I XXVI. 1. confer Tillmont. Tom 6 memor pag. 409. seq

\* Sozom. IV. 12. Julian. Epist. 31. f) Philostorg. VII. 6. Epiphanius Tom. p. 992.

g) Philostorg. IX. 6. Alios Aetii discipulos Demophilum, & Hypatum memorat Epi-  
phanus Tom. I. pag. 886.

vam disseminationem *αἰθίς* cognomen Aëtio tribuitur ab Athanasio h) Socrate, Sozomeno, Svida, aliisque.

Ejus scripta, *trecenta κσφάλαια* sive *capita de fide*, e quibus Opusculum septem & quadraginta capitulis constans exhibet ac refellit S. Epiphanius hæresi LXXVI. 10. seq. idque ipsum est opusculum *ἐπι γενηθῆ θεῶ κῆ ἀγενήτης* quod a Chronitis hoc est a Catholicis Christianis corruptum esse queritur in præmio apud Epiphanius Tom. 1. pag. 924. 921. quod ipsum præmium i) etiam existit apud Athanasiam dialogo 2. de Trinitate, Tom. 2. pag. 192. ubi illud confutat, opusculi ipsius etiam argumenta deinceps exhibens & refellens.

De *Epistolis* Aëtii Socrates II. 35. *Ἐπιστολάς τε συνήγαγῆναι τὸν βασιλέα Κωνσταντῖον καὶ πρὸς ἑτέρας Ἰνὰς ἐρεχθείας συμπλέκων τὴν σοφίστατα μελετῶν.* Epistolarum ad Constantium mentio etiam apud Svidam in *Αἰτίῳ*. Ex una illarum videtur esse quæ refert Epiphanius LXXVI. 3. pag. 916. S. Basilii de Spiritu S. cap. 2. *ἔστι γὰρ ἀύλοῖς παλαιὸν σόφισμα, ὑπὸ Αἰθίς ἔπροσάτε τὴν αἰρίστως ἰατρικὴν ἐξευρεθῆναι, ὡς ἐγράψεν πρὸ τῶν ἑαυτῆς Ἐπιστολῶν λέγων. τὰ ἀνόμοια καὶ τὴν φύσιν ἀνομοίως προσφύρασθε. Καὶ ἀνάπαλιν, γὰρ ἀνομοίως προσφύρασμα ἀνόμοια εἶναι καὶ τὴν φύσιν.*

### *Alii Aëtii.*

Janus Cornarius dubitat idemne cum hæretico sit *Aëtius* autor operis Medici, quod Græce habemus, atque idem Cornarius Latine vertit. Plane etiam cum illo confunditur ab Hendreichio in *pandectis* Brandenburg. & tamen traditur claruisse A. 437. atque in Bibliotheca Medica Lindenio Merckliniana novo errore dicitur discipulus Eunomii, cum Aëtius hæreticus, fuerit Eunomii Magister. Sed rectius utiq; distinguit Gesnerus in *Bibl.* opusq; illud iatricum Aëtio Medico juniori & ab hæretico illo longe diverso tribuunt *Marsilius Cagnatus* \* lib. IV. *Variar. Observatt.* c. 17. *Lambecius* VI. p. 103 de *Bibl.*

Vin-

h) Balthasar Germon de veteribus hæreticis Ecclesiasticorum Codicum *corruptioribus* p. 377. per Chronitas putat ab Aëtio intelligi Eudoxium, Menophilum aliosque a quibus persecutionem passus fuerat Arianos. Sed aliud visum S. Athanasio dialogo 2. de Trinitate Tom. 2. p. 193. ubi Aëtium ita alloquitur: *Ἰνὰς ἡ λογὴ χριστιανῶν τὰς ἀπὸ τῶν ἀποστόλων μεχρὶ καὶ σήμερον αἰνότηας Πατέρα καὶ Υἱὸν καὶ Ἅγιον Πνεῦμα.*

i) Fallieur Clariff. Cavcus, qui illud habet pro Aëtii Epistola ad Eunomium scripta.

\* In *Lampade artium* Gruteriana Tom. 3. p. 646. seq.

Vindob. Vossius lib. de Philosophia cap. 12. §. 30. Hermannus Conringius introduct. ad Artem Medicam §. 19 qui refert ad seculum quintum, & Jo. Jonsius lib. IV. de scriptoribus Hist. Philosophicæ pag. 319. qui Justiniani ætate hunc celebrem fuisse affirmat. Fallitur quoque Tiraquellus qui lib. de Nobilitate pag. 232. notat Eunapium Aëtii Medici qui sub Constantino Magno Medicorum ante se dicta conjunxerit, vitam descripsisse, nam Oribasii ex quo multa hausit Aëtius, non Aëtii cujus ne verbo meminit, vitam Eunapius scripsit. Cæterum juniores Oribasio scriptores pauci ab Aëtio laudantur, neque mihi constat quo argumento ad Justiniani ætatem illum Jonsius detrudat, nisi ut suspicor quod apud Cagnatum legit, dignitatem Comitæ Οψικίας \* quæ scriptori huic in manu exaratis quibusdam libris tribuitur, apud idoneos auctores vix ante ætatem Justiniani reperiri, uti post illam reperitur sæpe, apud Theophanem, & in historia Miscella. At ex eo ipso quod Oribasii scripta laudat, non Constantino Magno modo, sed etiam Aëtio hæretico se prodit Junio-rem, nam ille Medicinam quidem fecit & ipse, sed ante Juliani imperium: sub quo, vel post quod, Oribasius scripsit. Præterea satis distinguitur ab eo præclari operis Medici auctor, quod illud veterum nemo tribuit hæretico, ubi de illo sermo est. At hic scriptor in quibusdam Codicibus MSS. Cornario & Cangio teste diserte vocatur Αἰτίου Ἀμιδηνός, Κόμης τῆς Ὀψικίας, cum hæreticum Syrum patria & Antiochenum omnes, nemo Mesopotamium, nemo Amidenum, † nemo Opficii Comitem appellet. Christianum se perspicue testatur tetrabiblo 2. lib. 4. cap. 50. sed non minus superstiosum quam Christianum. Nam ad educendam si quis incautus hauserit spinam, suadet apprehenso ægti gutture dicere: *Blastus Martyr & servus Christi dicit, aut ascende aut descende.* Præceptorem suum

\* Amplissimum fuit Θέμα Ὀψικίας sive *Afa Provincia* cui præsidii loco imponebatur *Legio οψικία* h. e. militum qui Imperatorem ordinis tuendi & honoris causa præibant. Huic Θέματι & Legioni Ὀψικίας Comes præfuit, de quo consulendus Constantinus Porphyrogenitus libro I. de thematibus pag. 9. qui docet illud a mari & sinu Asiatico & a promontorio Dascilio ad Tritonem usque & montes Si-grianae atque Præconesum ad ipsam quoque Abydum; Cyzicum & Partium se porrexisse. Vide & Cangium in glossario utroque, Vulcanium ad Constantinum p. 63. Acta Sancto- Tom. I. Junii pag. 760. & Montfauconi Diarium Italicum. p. 78.

† *Arienon* pro *Amideno* suspicatur Cagnatus, sed contra fidem MSS. & Photii Ced. 221.

suum nomine præterito laudat tetrabibl. 1. lib. 2. cap. 175. sed illum Lucium vocat tetrab. 4. lib. 3. pag. 761. cum Aëtii hæretici Magister a quo Medicinam didicit, dictus sit Sopolis, ut supra notum me memini. Alexandria se versatum & oleum nardinum & salicybi se parasse innuit aliquot locis libri primi p. 22. 23. 63. unde in illa urbe, quæ claris Medicorum nominibus celebratissima fuit, studiorum gratia vixisse colligit Conringius lib. 1. de Hermetica Medicina cap. 9. Ex Coele Syria prope Hierichuntem se gagatem attulisse scribit pag. 68. Divisio librorum est ab ipso auctore, non autem horum in tetrabiblos digestio, quam Photius Cod. 22. Bibl. ignorat, librorum sedecim argumenta referens. Quisquis est illius auctor divisionis (nam in MS. Codice reperisse se eam Cornarius testatur) secutus est exemplum Thrasylli, qui scripta Platoni sic per tetralogias, ut Porphyrius Plotini dissertationes enneadibus distinxit. Aëtius ipse suos libros laudans semper librorum numerum memorat, quintum, octavum, decimum tertium, decimum quartum, quintum decimum nusquam tetrabiblorum facit mentionem.

### *Aetii Medici editiones.*

Operis titulus apud Photium est : βιβλίον ἰατρικὸν ἢ λόγος 15'. *Opus Medicum, libris XVI.* Pro quo Cornarius inscripsit *Medicinarum e veteribus contraxiam*, non male, quod ad pharmacorum imperitum simplicium tum compositorum notitiam & rationem universum medendi attinet, nam cæteras artis salutaris partes minus attingit. *Crede mihi*, inquit Cornarius, *quisquis es verum Medicorum studiose, si totum Galenum contraxiam, si totum Oribasium explicatum, si Praxagoræ (Æginetam) ampliatum, si omnes veterum speciales tam per pharmacia tum per chirurgiam aggressiones ad omnes affectiones in summa habere volueris Aetium habes, unde totum hoc petere ac ferre potes.* Singulorum librorum argumenta uberius Photius, brevius Gesnerus in Bibliotheca persequitur. In Codice MS. Cæsareo hæc nota præmittitur : ὁ μὲν τῷ πρώτῳ καὶ δευτέρῳ λόγῳ συνῶψις ἐστὶ τῆ περι τῶν ἀπλῶν φαρμάκων Γαληνῆ, καὶ τῆ περι τρεῶν αὐτάμευ. Deinde : συνῶψις τῶν τριῶν βιβλίων Οριθασίου, λέγω δὴ τῶν πρὸς Ἰβλιζιόν, καὶ τῶν πρὸς Ἐρσαθιον, καὶ τῶν πρὸς Εὐιαπίον. Καὶ τῶν θεραπευτικῶν βιβλίων Γαληνῆ καὶ Ἀρχιγιάου καὶ Ἰβήφου, καὶ ἐτέρων τινῶν ἀρχαίων ἐπισήμων.

Gres



*Græce* tantum priores octo libri hætenus viderunt lucem, ex Afulani & Aldi officina Venet. 1534. fol. Cæteri octo posteriores, MSS. fuere in Bibl. Renati Moreau, teste Labbeo pag 212. Bibl. novæ MStor. atque in variis Bibliothecis supersunt, ut in Cæsarea, teste Lambecio VI. pag. 102.

*Latine* Janus Cornarius primum edidit libros sex ab octavo usque ad decimum tertium, solorum illorum Codicem Græcum MS. natum. Nonnulla perperam expressa castigat Cornarius ipse in commentariis suis ad Galeni libros de medicamentis κτ' τόπυς.

Hinc Jo. Baptista Montanus Medicus Veronensis primos septem, nec minus tres posteriores ex sua versione addidit, atque ita universos XVI. junctim vulgavit Basil. 1535. fol. apud Froben.

Deinde Janus Cornarius totum opus de integro vertit Francofurti ubi tunc medicum agebat A. 1541. atque ex sua versione ad duo exemplaria exacta & ad Galeni a Pauli Æginetæ lectionem collata edidit Basil. 1542. fol. optans non modo a Montano idem fieri, sed etiam ab Christophoro Orosio Hispano, qui aliquot versionis Montani, & Cornarii loca perstrinxerat. Hunc enim Orosium tangunt verba: *Atque utinam etiam hi qui ex Hispaniis altas de montibus umbras nobis utriusque offundunt, & in alienis libris ingeniosi sunt, huc incumberent, ut similem, aut potiorem (qualem ostendunt) operam præstarent: plenis buccis studium hominum collaudarem. Jam quod illos facere juvat, nemini prodesse video. Et revera in quatuor versibus, si quando aliquid e suo exemplari velut potiore citat ille, plures errores in convertendo admittit, quam integro sermone prioris editionis inveniuntur. Deinde levissima quaque & nullius momenti notat: verum ubi nodus aliquis incidit, ibi transitus velut angue conspecto, & nihil hic fecat Tinedia ipsius bipennis. Sed huc progredi nolebim: hoc volebam expetendum mihi videri ut ex Hispaniæ Latina cæcæ translatio extaret, quo sic studiosi Medici vel auctim vel decurtatim aut etiam corruptam lectionem diversorum Græcorum exemplarium cognoscerent.* \* Recusa Cornarii interpretatio est Basil. 1549. fol. atque inter Medicos Principes Henrici Stephani, Genev. 1567. fol. Exstant & editiones duæ Lugdunenses

Ss

A. 1549.

- \* Prodiit deinde Lacunæ Epistola Apologetica ad Cornarium, Lugd. 1554. 8. qua plures ejus in interpretatione admittas hallucinationes exagitat.

Libri V. Pars 4.

A. 1549. fol. & 1560. 12. in quibus ad duos primores libros de simplicibus medicamentis accedere scholia *Hugonis Solerii Sanionensis* Conferendus quoque ad illos duos libros, Simeonis Sethi opusculum *περί τριφάρων διωχέσεων*. de quo infra, lib. VI. Excerpta ex Aëtio *Agunguntur* in Collectionibus scriptorum de balneis & de febribus *Vinet.* 1553. fol. 1576. fol. 70. *Brodei* notæ in octo priores Aëtii libros fucere MSS. in Bibliotheca Vossii.

## Index scriptorum ab Aëtio Medico laudatorum.

*compositus a me ad paginas editionis Latinae H. Stephani.*

- A** Cholius. pag. 413.  
 Acro Agrigentinus 223.  
 Adamantius Sophista. 150. 381. 384. 743.  
 Adrianum vinum. 505. 802. collyrium ab Adriano repertum, *infra*  
*in testamentum.* Adriani antidotus. 660.  
 Æsculapius pastillus 714. 724.  
 Afri collyrium 359. *infra*, Marcianus. Afrum emplastrum, *infra* 751  
 Agathinus. *infra*, in Archigene.  
 Aglaidus 343.  
 Alexandro Regi inscriptum collyrium. 317.  
 Ambrosia unguentum 596. 683.  
 Amazonum pastillus 446. 447.  
 Ammonius chirurgus. 718.  
 Amythaon. 415. 527. 793.  
 Anastasii antidotus podagrica 609. b.  
 Andreas Comes 275. 453. 517. 531. 610. b. 684.  
 Andromachus 343. 385. 386. 394. 402. 407. 417. 424. 431. 446. 508.  
 508. 516. 548. 550. 571. 617. a. b. 622. 623. 640. 648. 684. 685.  
 685. 708. 725. 727. 752. 760. 770.  
 de cyustheriaca 648. seq. ex Galeno. hecatontodrachmon. 747.  
 Andron. 234. 287. 294. 392. 398. 493. 505. 600. 668. 714. 715. 725.  
 725. 728. 809.  
 Anicetum. emplastri nomen *for.* ut Antidotus acharistos pro quibus  
 tia digna referri nulla potest, 660. pampathes. 764.  
 Anthus 612. 609. b.

*Anto*

- Antiochus.** 137.  
**Antipater** 293. 656.  
**Antonius, collyrii nomen.** 303. 346.  
**Antyllus.** \* 118. 120. 121. 122. 139. 330. 501.  
**Aphrodis.** 217.  
**Aphrodite, pharmaci nomen.** 604.  
**Apolloniades.** 403.  
**Apollonius Medicus.** 286. 293. 294. 298. 308. 309. 312. 343. 357.  
 387. 536.  
**Demosthene ophthalmico junior.** 354.  
**Memphites.** 289. 307.  
**Apollonianum emplastrum.** 562.  
**Arabica compositio.** 838  
**Archelaus.** 678.  
**Archigenes.** 154. 156. 159. 215. 244. 247. 252. 253. 255. 263. 264.  
 268. 269. 271. 272. 277. 291. 294. 295. 296. 326. 332. 368. 373.  
 385. 386. 388. 397. 398. 400. 401. 402. 415. 416. 421. 425. 432.  
 440. 468. 476. 477. 481. 485. 487. 494. 498. 504. 515. 516. 534.  
 536. 538. 539. 540. 544. 547. 548. 549. 551. 552. 555. 558. 565.  
 566. 567. 570. 571. 573. 579. 583. 584. 585. 613. 663. 666. 671.  
 679. 680. 705. 753. 774. 800. 802. 809. 825. 827. 829. 831. 836.  
**Epistola ad Marsum de atra bile.** 136. 267.  
**Præceptorem suum Agathinum ex vigiliis delirantem sanavit capi-  
 te ejus multo calido oleo irrigato.** 156.  
**ex libris Archigenis** 572. 827.  
**Aretzus.** 400. 547. & 685. (ubi Aretz excusum.)  
**Ariobarzanium emplastrum.** 703. 704. **Azanitz emplastrum** 826.  
**Aristarchi antidotus.** 427.  
**Aristarchus Tarsensis Asclepiade antiquior.** 715.  
**Aristodemus.** 647.  
**Asclepiades** 215. 217. 256. 277. 293. 339. 351. 354. 379. 386. 390. 392.  
 394. 398. 403. 407. 411. 416. 424. 434. 447. 448. 449. 450. 469.  
 477. 482. 505. 519. 522. 524. 525. 526. 527. 528. 537. 538. 540.  
 541. 552. 556. 558. 571. 572. 584. 585. 586. 598. 607. 608. 609.  
 612. 613. 614. b. 619. 620. 623. 685. 706. 715. 716. 726. 753. 754.  
 756. 775. 795. 799. 830.

Ss 2

ex

\* Antylli nomen pro Antalo reponendum in Bibl. Coisliniana pag. 598.

- ex libris Asclepiadz 543.
- Aspasia 784. 786. 791. 796. 803. 812. 819. 830. 833. 834. 835.
- Aster collyrium 294. 689.
- Asterius 361.
- Athanasia, antidotus ab Ægyptiis inventa. 659. emplastrum nomen 762.
- Athena, emplastrum nomen 613. b 809.
- Barbarum emplastrum. 668. 692. 720. 751. Basilicum 722. 772.
- Bassus 344. 612.
- Berenice 230. 616. b. 663.
- Blasius Martyr & servus Christi. 404.
- Bolas. 343.
- Capito. 332.
- Castini unguentum. 611.
- Charixenus. 406.
- Cisophontis malagma. 415.
- Cleonis collyrium 294. 306. 353. 689. Cleo ille Demosthenes ophthalmico antiquior. ibid.
- Cleopatra Regina. 278. 367. 656. ubi male, Cleopater excusum.
- Constantini sapo. 275. 673.
- Corax, pharmaci nomen. 600. 668. 714. sigillum coracinum. 715.
- Crito 108. 277. 365. 369. 370. 373. 667. 672. 680. 766. Herodotus Medico junior. 754.
- Cyphi, masnaphi, nomina compositionum. 662. 663.
- Pastillus *κρυμακός*. 714.
- Cyrilli Archiepiscopi posca 464. Alexandrinum intelligi non debet.
- Cyrilli epithema. 508.
- Cyrus archiater Edessæ. 292.
- Damocrates 753. 75b. 765. Ejus collyrium 76. 287. Democritus Theriaca 662.
- Danaus Medicus CPol. 340.
- Democrates. Vide Damocrates.
- Demosthenes (Medicus Ophthalmicus) 305. 306. 321. 323. 330. 331. 333. 339. 342. 353. 354. 355. 357. 719. 754.
- Diagoræ collyrium. 303.
- Didymus. 256.
- Diogenes. 135.
- Dionis collyrium. 309.
- Dionysio prætoris apparatus eclegma 431.

- Dionysius, collyrii nomen 319. 354. & Medici 723.  
 Dionysias, emplastrum ex misy. 291. 702. 703. 704. 760. 770. 799.  
 Dioscorides. 84. 217. 221. 256. 339. 365. 410. 615.  
 Doari Episcopi antidotus podagrica. 609. b.  
 Dositheus. 424.  
 Epigonus. 214. 569. 668. 747.  
 Eras. infra, Heras.  
 Erasistratus. 269. 305. 307. 343.  
 Esdræ antidotus 382. 384. 386. 421. 488. 548. Prophetæ doctoris 657  
 ubi illa describitur.  
 Faustinus pastillus. 504. 505. 687. 713.  
 Collyrium quo usus est Florus in Drusi matre. 353.  
 Galenus 64. 76. 78. 79. 80. 81. 84. 119. 121. 122. 136. 150. 154. 155  
 157. 162. 163. 177. 178. 179. 211. 237. 238. 240. 250. 251. 255  
 256. 258. 261. 263. 271. 272. 273. 276. 295. 309. 316. 321. 340.  
 342. 345. 349. 369. 372. 384. 385. 389. 391. 392. 393. 394. 399.  
 409. 418. 420. 423. 429. 436. 444. 445. 451. 455. 458. 459. 461.  
 464. 470. 475. 477. 478. 483. 513. 515. 517. 523. 530. 565. 568. 573.  
 574. 576. 581. 600. 603. 604. 605. 613. 625. 648. 651. 652. 653.  
 655. 67. (ubi hierz Galeni mentio) 683. 688. 694. 695. 698. 699.  
 702. 705. 706. 707. 711. 712. 720. 723. 726. 747. 749. 750. 761.  
 763. 773. 782. 809.  
 Galli antidotus 659. Gallicus sapo. 673.  
 Harmonia, emplastri nomen. 718. 750. 809.  
 Hefenes unguentum 586. 759.  
 Helladicum malagma. 747.  
 Hephæstias, emplastri nomen. 539. 723.  
 Heraclides Tarantinus. 297. 687.  
 Heras Medicus 394. 505. 537. 541. 578. 585. 706. 715. 753. 756.  
 Cappadox. 5. 8. 6. 3. 751. 770. 776.  
 Herz tom. 303.  
 Hercules, emplastri nomen. 722. sic Achilles. 756.  
 Hermolus, collyrii nomen. 303. 347. Hermolaus parvus & magnus.  
 3. 7.  
 Hermon sacerdos. 747.  
 Hermophilic collyrium. 358. fortassè Herophili.  
 Hermus. 399.

- Herodotus Medicus. 177. 230. 234. 236. 438. 490. 543. 544.  
 Herophilus libro de oculis. 321.  
 Hippocrates. 40. 50. 118. 123. 124. 127. 138. 167. 174. 181. 191. 193. 195.  
 202. 223. 232. 240. 296. 573. 686. 782. 786. 787. 807. 831.  
 Ejus Aphorismi. 301. 303. 304. 686.  
 Prognostica. 189.  
 de septenario liber. 213.  
 Hippone, pharmaci nomen. 607. unguenti 596.  
 Hori collyrium. 314. enneapharmacum Hori Mendefii 772.  
 Hygieni collyrium 359.  
 Jacobi psychristæ ceratum. 608.  
 Jamblichi sales. 463.  
 Icesii emplastrum 296 570. 753. 809.  
 Indi presbyteri pharmacum adversus calculum. 554.  
 Isidori Memphitæ collyrium. 358.  
 Isis, compositionis nomen 569. 604. emplastri 668. 687. 701. 705.  
 720. 747.  
 Judæi emplastrum 762. præparandum cum verbis: *DEus Abrahamæ*  
*DEus Isaac & DEus Jacob huic pharmaco vires largiatur. ibid.*  
 Julianus Diaconus Aëtii æqualis 555.  
 Justus 137. 252. 253. 555. (ubi Justinus pro Justo.)  
 Leonides. 241. 397. 686. 687. 688. 689. 691. 692. 736. 741. 742. 777.  
 800. 802.  
 Logadius. 135.  
 Lucius sive Lycus 604. 685. præceptor Aëtii. 762.  
 Machærius. 528 603. 604. 720. 748. 751.  
 Magistrinus. 674. 680. 722. 799.  
 Magnus Medicus. 754.  
 Magus, emplastri nomen. 539. 723.  
 Majorianus 610.  
 Marcellus Medicus. *περὶ λυκανθράκων*. 254.  
 Marcellius pastillus. 506.  
 Marci Imp. theriaca. 660.  
 Marcianus 358. 402. 467. 502. 503. 507. 523. Medicus Afer. 554. *facta*  
 theriaci ex libris Marciani, cum quibus consentit Galenus 653.  
 Marcianon unguentum. 610.  
 Menas chirurgus 517.  
 Menecles. 332.

- Menecrates.** 770.  
**Menelbus.** 647.  
**Mithridatis panacea.** 408. 431. 617. b. 652. 653. 801. ejus descriptio  
 ex Antipatro & Cleopatra. 656. seq.  
**Mnaseæ epithema.** 508. 694. 761. 767. 822.  
**Mono inscriptum collyrium.** 318.  
**Moschionis emplastrum.** 755.  
**Antonius Musa.** 402. 406. 715. 166. 234. 287. 294. 392. 398. 569. 600.  
 668. 724. 728. 733. 809.  
**Mysterium, medicamenti nomen.** 618.  
**Necepsø Ægyptius.** II. 67. 70. 71. 770. ejus *isla.* 748.  
**Nicolai, palmulæ (a Nicolao Damasceno)** 826.  
**Nicostrati antidotus colica** 478.  
**Nili collyrium.** 166. 307. 308. 353. 365. epithema, 454: 455.  
**Nilammon, collyrii nomen.** 351.  
**Numius** 621.  
**Nymphodoti pastillus** 504. 505. 506.  
**ⲉⲛⲓ in lapidem Judaicum ἠερολίθου.** Salve pelagus Arabiæ, malorum  
 medelam proferens 67. seq.  
**Orcheftæ acopon medicamentum.** 587. 610.  
**Oribasius** 132. 133. 134. 135. 138. 215. 278. 293. 294. 342. 348. 351.  
 352. 353. 354. 356. 359. 360. 370. 375. 379. 400. 433. 453. 469.  
 481. 488. 503. 518. 519. 536. 540. 542. 552. 553. 554. 555. 556.  
 557. 564. 571. 578. 607. 611. 660. 661. 666. 674. 675. 676. 680.  
 683. 687. 689. 693. 695. 701. 703. 704. 711. 713. 714. 718. 719.  
 723. 726. 727. 729. 731. 732. 732. 733. 754. 756. 757. 766. 767.  
 768. 769. 771. 772. 773. 774. 775. 827. 838.  
**Orpheus.** 25. 29.  
**Paccius.** 354.  
**Palladii Magistriani in Alexandria, mentio** 284.  
**Pamphili Episcopi suffimigium.** 841.  
**Pamphilus Medicus Romæ.** 375.  
**Panaceatrium fratrum,** 753. hygia. *Ibid.*  
**Panalethes emplastrum.** 751.  
**Pasion** 294. 715. 720. 724. 726. 747. 762. 809.  
**Paulina antidotus.** 427.  
**Pelagia patricia.** 368.  
**Perlarum emplastrum e lapidibus.** 764.

- Petrus archiater. 357.  
 Pherecydes 647.  
 Philadelphus, pastillus ad dysenterias & sanguinis eruptionem. 505.  
 Philagrius. 133. 134. 218. 290. 293. 352. 353. 355. 356. 357. 402. 457.  
 453. 513. (Asclepiade junior. 519.) 525. 528. 537. 549. 551. 552.  
 553. 554. 555. 556. 575. 592. 593. 594. 595. 599. 600. 606. 607.  
 609. b. 646. 660. 718. 745. 765. 815.  
 Philippi pastillus. 503.  
 Philippus Sophista, obediens sibi immortales fore promisit 186. (in  
 Galeni lib. VI. de tuenda sanitate.)  
 Philo Tarsensis Medicus 478. ejus antidotum 382. 478. 511. 646. 647.  
 describitur.  
 Philosophus. (Medici hoc nomen) 392. 516. 703. 722. 766. 772. 815.  
 815. 822. 829.  
 Philotimus 555. Melancholicum putantem se caput non habere, cu-  
 ravit plumbeo pileo imposito. 250.  
 Philoxenus Medicus. 331. 744. 800.  
 Philumenus. 179. 210. 230. 231. 232. 233. 234. 237. 351. 397. 410.  
 443. 464. 481. 508. 562. 790. 791. 798. 822. 835.  
 ex libris Philumeni 396. 440. 508.  
 Phoenix, collyrii nomen. 319.  
 Piscatoris pharmacum. 603. 604. emplastrum. 613. b. 701. 710. 710.  
 756. 770. 799.  
 Piso libro de animalibus. 646.  
 Theodotium Placianum. 351.  
 Polles 463. 758. 759 libro secundo 758.  
 Polyidus. 294. 493. 504. (Asclepiade antiquior. 715.) 726. 809.  
 Posidonius Medicus 139. 243. 244. 246. 247. 248. 254. 255. 256.  
 258. 260.  
 Præceptor Aëtii. 175. vide supra, Lucius.  
 Προσομιλητῆ medicamentum purgatorium. 136.  
 Proteus, collyrii nomen. 358.  
 Collyrium quo usus Ptolemæus Rex. 357. 359.  
 Quintus. 39.  
 Romanum far. 498.  
 Romula. 841.  
 Rufus 76. 117. 137. 138. 152. 214. 223. 250. 252. 253. 254. 258. 259.  
 260. 368. 440. 530. 543. 559. 560. 565. 568. 571. 578. 593. 716.  
 724. 803. Sera.



- Serapio Medicus** 196. ejus emblastrum. 747. 767.  
**Serenus Medicus** 276.  
**Serverianus.** 341. 342.  
**Severus.** 311. 318. 334. 337. 339. 341. 347. 480. 796.  
 Ejus collyrium Theodotium. 309. 314. 317. 326. 346. 362.  
**Simonides.** 647.  
**Soranus, (Archigene antiquior. 277.)** 39 f. 399. 782. 816. 817. 822. 825  
**Sofander.** 332.  
**Strato** 64. 616. b. 628.  
**Syri.** 44. 168. 373. 548.  
**Testamentum aurifabri. Collyrium quod moriens reliquit templo Ephesio, quo ii qui à medicis relictii essent, in templo sanitatem consequerentur. Inventum est ab Adriano Cæsare.** 361.  
**Themison.** 253. 447.  
**Theo Medicus** 127.  
**Theodoretus, antidoti nomen.** 661. 662.  
**Theodorus Medicus.** 291. 399. 586. 628. 694. 713. 802.  
**Theodotia collyria** 360. 361. 362. supra, in Severo.  
**Theophilus** 319.  
**Theophilium collyrium.** 318. 356.  
**Theopompi suffumigium.** 840.  
**Theosebius.** 507.  
**Thespiana ad internos abscessus.** 427.  
**Thrasez malagma.** 415. emplastrum. 426.  
**Thrasandri pastillus** 488. 500.  
**Timocratis dentifricium.** 388.  
**Titianus pessus.** 826.  
**Venus, malagmatis nomen.** 747. 763.  
**Xenocrates** 706. 760. fœrida quædam & legibus prohibita inter medicinas retulit, ut homines comedere, menses muliebres bibere &c 75.  
**Xenophilus.** 556.  
**Zoili collyrium.** 304. 360. 361.  
**Zopyrios antidotus.** 476. Oribasii 732.

Thomæ Reinesii animadversiones ad Oroscium & plura Aëtii loca leguntur in Epistolis ad Daumium pag. 336. seq. Nam quæ

T t

supra

supra pag. 321, exhibui, Cornarii verba, ad hunc... *Philosophum Horatio* five *Horoscium*, respiciunt qui Basil. 1540. 4. annotationes in interpretes Aëtii Montanum & Cornarium edidit, & cujus nomen ad *altas* quis loquitur Cornarius, *de montibus umbras* manifeste alludit. **Usus** is est Codice Aëtii Græco Pintiano.

Aëtii Cappadocis mentio in Græca editione Pauli Æginetz, cujus liber quartus his verbis incipit: *ἀεθῶς διμαί τον Καππαδόκα* *Αέτιον εἰπὼν, μείζονα τῶν νόσων χεῖρα τῆν τῶν βοηθημάτων ὑπάρχειν δύναμιν, καὶ διὰ τῆτο μὴ δύνασθαι τυγχάνειν ἰδῶσαι τὸν ἐλεῖφαινα.* Sed sunt hæc Aretzi verba lib. 2. de curatione morborum diuturnorum cap. ult. Itaque & Aretzi nomen pro Aëtio reponendum pulchre suboluit Tiraquello lib. de nobilitate, atque in Latina Eginetz versione quam dedit Cornarius, Aretzi nomen pro Aëtio legitur. De Aretzo hoc Cappadoce dixi lib. IV. cap. 3.

Aëtii cujusdam *τὴν περὶ ἀρεσκόντων τοῖς φιλοσόφοις συναγωγὴν collectionem eorum qua Philosophis placuerunt*, laudat Theodorus, atque ex illa quemadmodum ex Plutarchi Porphyrii libris ejusdem argumenti nonnulla referte se ait libro II. & IV. atque V. de curatione Græcarum affect. Hunc Aëtium Ethnicum fuisse ex eodem Theodorito colligere licet, quoniam ejus auctritatem ubi adversus Ethnicos scribit, illis opponit, ne videatur Philosophis injuriam facere quorum dissidia & opiniones ineptas persequitur. Fuit itaque Aëtius iste ab hæretico pariter, Medicoque diversus, quos ambo certum est à Christianis extitisse.

Aëtium *Ἐθρον* Palæstinz memorat Philostorgius III. 12. Hic est Aëtius Lyddæ sive Diospolis Episcopus, qui cum Ario fecit ut patet ex ejus Epistola apud Theodorum lib. I. Histor. Eccles. cap. 5.

Aëtius præfectus CPolitanz urbis, in Ecclesia cultro sub bello supplicæ occultato percussus A. C. 410. Chron. Paschale pag. 310.

Omitto Aëtium *ὑποστράτηγον* sub Joanne (quæ post Honorium extinctum tyrannidem in Occidente occupavit A. C. 424.) deinde reconciliatum Valentiniano Imp. Comitisque dignitatem assecutum, & quater Consul quoque: sed qui conservator licet Imperii, post magnas res gestas suspectus, ejusdem Imperatoris gladio crymabile factum clausit A. 459. De hoc satis multa Annalium scriptores, Joannes c. 34. 36. &c.

De Aëtio sive Etio Archidiacono Parisiensi qui in Concilio Parisiensi A. C. 577. causæ Prætextati Remensis Archi Ep. adfuit, vide Gregorium Turonensem V. 18. De Aëtio eunucho, gratioso apud Augustam Irenem, qui Imperium fratri suo Leoni Cloz paraturus impedivit ne Irene Carolo Magno nuberet. annalium scriptores ad A. C. 802.

Aëtium Sicanium quoque ingerit Hendreichius in pandectis Brandenburgicis, ex cujus & aliorum libris excerptum sit scriptum περί μολυχολίας, quod inter Galeni opera legitur Tom. 4. edit. Græcz Basil. pag. 496. Sed non dubium est Aëtium illum eundem esse cum Aëtio cujus libros XVI. de re Medica habemus. In titulo autem libri de atrabile qui Galeno perperam tribuitur, legendum: *Ἐκ τῶν Γαλιῆν, καὶ Ῥόφου καὶ Ποσειδωνίου καὶ Ἀετίου*, non ut editum est *αὐτὸ Σικαμίου τῷ Αἰτίου*.

Aëtium denique quendam Labeonem idem Hendreichius nobis effinxit. Verum is est Accius sive Attius, de quo Scholiastes ad illud Persii Sat. I. 50. *Non hic est Ilias Astibria veratro: Accius Labeo Mladem Homeri versibus sedulissime composuit.*

#### X. Cæteri sæculo IV. Hæretici sunt:

AERIUS Monachus cum Ario sentiens, & amicus Eustathii Sebasteni, à quo presbyter in minore Armenia constitutus Episcopatum ei invidere cæpit, contenditque presbyterum dignitate & ratione muneris nequicquam inferiorem esse Episcopo, \* ut narrat Epiphanius hæresi 74. ut omittam alia quæ de eo Damascenus hæresi 74. Philastrius c. 72. Augustinus & auctor Prædestinati. cap. 53. & Zonaras apud Cotelierum Tom. 3. monument. pag. 470. Apud eundem Damascenum Tom. 1. Cotelier. pag. 315. pro τῶν ὀνομαζομένων Ἀρειανῶν puto legendum *Ἀρειανῶν*. Quod postea vidi etiam probari Clarissimo Viro Mich. le Quien Tom. 1. Opp. Damasceni pag. 109. Scripta Aërii nulla memorata reperi,

T t 2

APO-

\* Non minus peccabat Aërius usum Ecclesiæ suæ ætate improbus & Episcopos contemnens, quam ab Aërii hæresi alieni sumus nos qui illud inter Episcopos & Presbyteros discrimen ab Ecclesiâ in duci potuisse & in ductum esse libenter agnoscimus, ac Apostolorum ætate adhuc ignoratum fuisse nobis persuademus. Vide D. Joach. Hildebrandi discussionem hæreseos Aërii quæ Protestantibus impingitur. Helmslad. 1656. 4. Balthaf. Bebelium Sec. IV. Tom. 2. pag. 1134. seq.

**APOLLINARIS**, Dimoeritarum, **ive Apollinaristarum** Auctor, de cujus scriptis dixi volumine superiore, capite XVI. Nunc tantum addo, ejusdem, quemadmodum & **POLEMONIS**, \*\* qui Apollinaris discipulus fuit, fragmenta quædam exstare in Actis Concilii Lateranensis, habiti Romæ contra Monothelitas A. C. 649. Tom. 2. edit. Binianz parte 2. pag. 468. Plura Apollinaris fragmenta etiam ex Epistolis ad *Serapionem* & *Dionysium*, nec non è libro ad *Flavianum* & alio contra *Diadorum*; & fragmenta Apollinaristarum **VALENTINI** atque **TIMOTHEI** Episcopi Beryti, extant apud **Leontium** libro contra fraudes Apollinaristarum, T. IX. Bibl. Patrum edit. Lugd. pag. 707. seq. Ubi etiam mentio **AGAPINI**, **CATAPHRONII**, **DIODORI**, **HOMONII**, **JOBII**, **PAREGORII**, **URANII** ex eadem schola. De alio Apollinaris discipulo **VITALI** Episcopo, † vide **Epiphanium** LXXVII. 20 - - 23. qui vehementer dolet Apollinarem errore illo abreptum, virum præstantissimum & literis apprime excultum, etiam ne assentiretur Ario, exilium libenter passum. vid. p. 1018. Inter Apollinaris discipulos fuit etiam **DIONYSIUS** quidam, eumque esse qui sub Dionysii Areopagitz nomine scripta sua supposuit, haud incredibilis suspicio est præstantissimi **Stillingfleeti**, de qua dixi Volumine V. cap. 1. pag. 5. ubi etiam de **TIMOTHEO**, itidem Apollinaris discipulo, cui *Dionysius* ille sua dicavit. Ab hoc **Timotheo** scriptam *Historiam Ecclesiasticam* memorat **Leontius Byz.** lib. 3. contra **Nestorium** & **Eutychem** p. 698. *si quis in manus sumat Ecclesiasticam Historiam quam Timotheus, Apollinaris discipulus composuit, nullum alium finem tanti laboris propositum ipsi reperiet, quam commendationem Apollinari, quam ex eo collegit quod ab ipso & ad ipsum inscripta Epistola scripta & rescripta essent.*

**COLLUTHUS** Alexandrinus Presbyter, Arii æqualis, & cum ipso aliorum hæreticorum placitorum disseminator, licet ejus sectam diurnam fuisse negat **Epiphanius** LXIX. 2. p. 728. Quantum ex **Philastrio** cap. 78. & **Augustino** atque auctore **Prædestinati** hæretici

\*\* De hoc **Polemone** **Eulogius** apud **Phorium** Cod. 230. pag. 230. pag. 447. seq. & **Maximus** Tom. 2. pag. 94. & 90. ubi ejus *αὐτὴν τὴν ἑπίτολιν* adversus SS. Patres, & Epistolam sextam ad **Timotheum** Apollinaristam laudat.

† **Jac Basnage** Epistola de hæresi Apollinaris pag. 51. seq. & illustrissimus **Vir H. Norris** de uno in S. Trinitate passo pag. 45.

refi65. colligitur, diversum à DEO induxit principium ποιητικῶν  
 malorum, atque adeo visus suffragari Manichæo. Confer Petavium  
 dogmat. Theol. Tom. 2. pag. 36. seq. In Concilio Alex. A. 324.  
 depositus, & ante A. 340. defunctus Colluthus fuit Vide Til-  
 lemontium Tom. VI. pag. 232. Pro Colluthians. apud Hono-  
 rium male *Colicianorum* nomen legitur. Ab hoc diversus & junior  
 Colluthus hæreticus Monophysita & Severianus, cujus fragmenta  
 quædam leguntur in Actis Concilii Lateranensis A. 619. Tom. 2. Bi-  
 nii, parte 2. pag. 468. ex ejus satisfactione pro Theodosio Alexan-  
 drino hæretico & ex rescriptis contra Themistium Agnoëtam pro-  
 eodem Theodosio.

HIERACAS Leontopolitanus, Ægyptius, auctor Hie-  
 racitarum, lingvæ Græcæ atq; pariter patris Ægyptiacæ nec non Me-  
 dicæ artis & Astronomiæ atque aliarum scientiarum peritus, ut ex ejus  
 ἔργων apparere testatur Epiphanius LXVII. 1. qui mox mentionem fa-  
 cit ejus ἐξηγήσεων in libros Veteris & Novi Testamenti. Sed & pro-  
 lixam ab eodem πραγματείαν sive commentationem de Spiritu S.  
 compositam esse refert pag. 711. seq. quod ex Epiphanio repetit  
 etiam Nicetas IV. 34. thesauri Orthodoxæ fidei. Præterea commen-  
 tarios allegoricos in Hexæmeron Græcæ & Ægyptiacæ, & Plalmos  
 novitios sive νεωτερισμῶν. Cum Epiphanius ista scriberet A. C. 375.  
 jam obierat Hieracas major nonagenario, cum ad obitum usque  
 calligraphi artem exercuisset. Vide pag. 712. Vetus Testamen-  
 tum non recepisse, legas apud Athanasium contra hæreses Tom. 1.  
 pag. 1083. licet Vetere & Novo Test. uti scribit Damascenus hæresi  
 67. Divinæ naturæ divisionem in Filio inducere est visus Hieracas,  
 καὶ ὡς Ἰσραηλῆες λύχρον ἀπὸ λύχνου, ἢ ὡς λαμπάδα εἰς δύο. Arius Epi-  
 phaniam Alexandrum, apud Athanas. de Synodis Tom. 1. pag. 885.  
 Epiphanium LXIX. 7. & Hilarium VI. de Trin. De Hieracitis locus  
 insignis Joannis Carpathii Episcopi, ex MS. opere de Anachoretis,  
 μετὰ τὸν ἀπὸ τῆς ἀληθείας πίστεως, καὶ ἄγει αὐτὸν εἰς τὸ φρόνημα τῶν λόγων  
 τῶν Ἰσραηλιτῶν, οἵτινες λέγουσι, μὴ ἀνθρώπων σῶμα ἀνελεθηθῆναι τὸν  
 Ἰησοῦν, μήτε ἐγείρεσθαι τὸ ἡμέτερον σῶμα ὁ περικείμεθα. Καὶ ὅτι τρεῖς  
 εἰσὶν ἀρχαί, Θεὸς καὶ Ἰλή καὶ Κακία. Ἐξ ὧν κατασκευάζεται. καὶ δὲ  
 τὸ θεωρικῶν τὸν λόγον, καὶ τέλει αἰτηθηθῆναι ἀνθρώπων, μήτε μὲν  
 Τ τ 3 σὺ

*συνέβη, τὸ αἶμα εἶναι τῶν πάντων αἰτίον. Ἐπειὶ ἀβρίπτε enim à verba fide & abducit ad sententiam Hieracitarum, quæ ajunt à Salvatore non esse assumptum corpus, neque corpus nostrum quo sumus induti resurgere. Et tria esse Principia DEum, materiam & malitiam. Ex quibus consequitur nec Verbum factum esse hominem, neque perfectum hominem suscepisse, nec saluum tenni dogma quod una sit omnium causa.*

LUCIUS ὁ δεύτερος Ἄρεος Nazianzeno Orat. XXIII. pag. 417. ab Arianis in Samolatenam primum, deinde in Alexandrinam sedem, Petro Athanasii successore detruso, evehctus A. C. 371. de cujus truculentia in Catholicos meminit Socrates IV. 36. Epiphanius LXXIII. 38. pag. 886. & LXVIII. 10. pag. 726. seq. & uberius Petrus ipse in Epistola apud Theodoretum IV. 22. Hist. ad quam addendz notz Georgii Henschenii in Actis Sanctor. Maji Tom. 3. pag. 207. seq. Anno 375. adhuc sedisse constat ex Epiphanius LXVIII. 10. Postea iterum exturbatum Lucium CPolis excepit, ut narrat idem Socrates IV. 37. hinc CPoli etiam excedere coactus est una cum Demophilo A. 380. Niceph. XII. 8. Ex hujus Lucii sermone de Paschate pauca quædam referuntur in Actis Concilii Romani Lateranensis sub Martino I. habitz A. C. 649. Tom. 2. edit. Binianz pag. 466.

MACEDONIUS, sed cujus nulla scripta memorari memini, Episcopus ab A. C. 343. CPolitanus, A. 361. depositus & in Concilio CPolitano quod inter Oecumenica secundum est, damnatus A. 381. Hunc de Patre & Filio similia cum Catholicis sensisse scribit Rattramus lib. 2. contra Grzcos cap. 2. at enim noluit quidem Macedonius cum Arianis creaturam affirmare, quem Filium nunciat S. Scriptura, tamen ὁμοιούσιον tantum cum Semi Arianis \* etiam non ὁμοούσιον Patri illum esse docuit, ut ex Theodorito II. 2. Hist. & aliis veteribus Scriptoribus patet. Spiritum S. vero κτίσμα esse & πούμα haud erubuit profiteri, ut post alios plurimos tradunt Jo. Zonaras apud Cotelerium III. monument. p. 465. & Photius Epist. 1. pag. 7.

MARCELLUS Ancyranus circa A. C. 373. demum, biennio antequam Epiphanius adversus hæreses scriberet, obiit. Fecit

\* Vide Epiphanius LXXIII. 23. & 27. pag. 870 & 875 ubi Macedonium semi Arianis accenset. Confer que in idem de Pnevmatomachis hæresi I. XXIV.

cum Sabellio, licet negaret, \*\* visus atque ideo in Syno-  
 Pol. A. C. 336. depositus, sed in Sardicensi A 347. restitutus est.  
 le Epiphanium hæresi LXXII. qui ejus expositionem fidei pag. 842  
 & Epistolam de fide qua se Julio Episcopo Romano purgare voluit  
 ravit pag. 834-836. Contra Marcellum scripsit non modo *Acacius*  
*lartensis* ex quo idem Epiphanius pag. 838-842. sed & *Basilus An-*  
*anus* teste Hieronymo cap. 89. & *Suida* *Βασίλειος*: tum *Acacii de-*  
*lor Eusebii*, de cujus quinque libris contra Marcellum dixi *Volu-*  
*ne* sexto cap. 4. pag. 92. ubi etiam de prolixo Marcelli opere ad-  
*fus Asterium Sophistam* & alios Arianos, ex quo fragmenta apud  
*lebium* supersunt. Gregorii Nysseni Epistola ad *Sebastenos* quæ  
 ologium de reeptis in communionem Marcellianis continet,  
 a est à Laur. Alexandro Zaccagnio in *colle* *Staneis monumentis*  
*Veterum* pag. 358.

### Arii fautores, principio proditæ hæreseos.

**Chilles** presbyter.  
**Actius** Diospolitani Episcopus.  
**Aichalus** presbyter  
**imon** sive **Parammon** Diaconus.  
**tonius** Tarsensis.  
**us** presbyter (diversus ab Ario hæresiarcha.)  
**trius** Sophista.  
**gnus** Anazarbenfis.  
**ptius** Mediolanensis.  
**us** Pantonijs.  
**res** Presbyter.  
**ronas** presbyter.  
**iales**, *Ἐὐδαίης*, presbyter  
**loxius** Germanicæ Episcopus.

Eu-

De **SABELLI** hæresi doleo intercidisse dissertationem quam promisit B. Doctor  
 aneus Tho. Ittigius in appendice de hæresiarchis, Apostolicæ ætatis pag. 432. Duos  
 fuisse Sabellios *ὀνομαστίαις* & *ταυτονομίαις* propugnatores, unum Libycum si-  
 ve Afrum, alterum Pentapolitanum Episcopum, scribit Timotheus presbyter de  
 receptione hæreticorum, editus à Corelerio III. monument. pag. 385. Sed Li-  
 bycus ab illo Pentapolitano neutiquam diversus est, qui hæresis præceptoris sui  
 Noëti disseminare laus cepit A. C. 257. ut notat unum Benedictini notis ad S. Am-  
 brosum. Tom. 2. pag. 445. Petavius dogm. Theol. Tom. 2. pag. 33. seq. & Rev  
 Christianus Wormius in Historia Sabellianismi edita Francof. 1696. § capite 3.  
 Idem de Marcello Ancyrano videndus capite 5.

Eusebius Cæsareensis Episc.  
 Eusebius Nicomediensis Episc.  
 Eustathius Sebastenus.  
 Euzoius Antiochenus.  
 Gregorius Beryti Episc.  
 Georgius Alexandrinus atque inde Arethusz presbyter, ac  
 Episcopus Laodicensis.  
 Helladius Diaconus.  
 Irenæus Diaconus.  
 Iulianus Diaconus.  
 Julius Diaconus qui cum Ario subscripsit Epistolæ apud E  
 LXIX. 7.  
 Leontius Antiocheus.  
 Lucius Diaconus.  
 Macarius Diaconus.  
 Marcus Alexandrinus.  
 Maris Episcopus Chalcedonensis.  
 Menas Diaconus.  
 Menophantus Ephesi Episc.  
 Menophilus.  
 Narcissus Neroniadis sive Irenopolis in Cilicia Episcopus.  
 Parammon sive Ammon Diaconus.  
 Patrophilus Scythopolitanus Episcopus.  
 Paulinus Tyri Episcopus.  
 Pistus presbyter Mareotis, & deinde Arianorum Episcopus Ale  
 Saras sive Seras presbyter ac deinde Episcopus Paretoine  
 Lybia.  
 Sarmatas presbyter.  
 Secundus Episcopus Ptolemaidis Pentapolitanus.  
 Serapion Diaconus.  
 Sifinnius Libycus.  
 Theodorus Laodicensis Episcopus.  
 Theognis Nicænus Episc.  
 Theonas Libyz Episcopus Marmaricensis.  
 Valens Pannonius.  
 Ursacius Pannonius.  
 Zosimus Diaconus.



## CAPUT XXIV.

De aliis sæculi IV. Scriptoribus, hætenus  
indictis.

**A**CACIUS Iulius, Eusebii A. C. 339. defuncti in Episcopatu Cæsareensi successor librorumque hæres, sed in fide mire inconstans & jam semi Arianorum jam Anomæorum promachus, jam Nicæni subsignator Symboli, obiit circa A. C. 366. Vide Tillemontium Tom. VI. memoriar. Histoar. Eccles.

Hujus Acacii exposito fidei in Synodo Seleuciensi A. 359. edita, cujus meminit Svidas in *subar. exstat apud Epiphian. LXXIII, 25.* cui subscribere :

Apollonius Episcopus Oxyrinchi.  
Arabion, Adraorum, *Adraon* in Arabia.  
Augarus Cyri Euphratesis.  
Augustus Euphratesis.  
Barochius Arabis.  
Basilius Cauniorum Lydis.  
Charisius Azoti.  
Cyrion, Doliches Episcopus.  
Elissus. Diocletianopolitanus.  
Eugenius Episcopus Mytilenes insularum.  
Eudoxius Episcopus.  
Eusebius Sebastenus in Palæstina.  
Eusebius Seleuciensis in Syria.  
Eustathius Epiphaniæ Episcopus.  
Eustathius Pinarorum & Didymorum.  
Eutythianus Patarorum in Lycia.  
Eutythius Eleutheropolitanus.  
Exereus Geraforum.  
Georgius Alexandris.  
Germanus Petrarum.

Uu

Helio-

**Heliodorus** Sozuz Pentapolis Episcopus,  
**Irenæus** Tripolitanus in Phœnicia,  
**Leontius** Lydiz.  
**Magnus** Themisorum in Phrygia.  
**Pancratius** Pelusii.  
**Paulus** Emesenus.  
**Petrus** Hippipalæstinz.  
**Philicadus** Angustadorum in Phrygia.  
**Phœbus** Polychalandz Lydiz.  
**Ptolemæus** Thmucos Augustonices.  
**Pollux** provinciz secundz Libyz.  
**Serapion** Antipyrgi Libyz.  
**Seras**, Σίρας, Parztonii Libyz.  
**Stephanus** Ptolemæidis Libyz.  
**Theoëtistus** Ostracines.  
**Theodosius** Philadelphiz Lydiz.  
**Uranus** Tyri.  
**Zoilus** Larisz Syriz.

De cæteris Acacii scriptis dixi supra in Eusebio Tom. VI. hujus Bibl. pag. 31. ubi & de aliis Acaciis. Fuit eodem tempore Acacius quoque Cæsareensis Sophista Ethnicus, Libanii amicus eloquentia illum etiam superaturus, nisi juvenis obiisset, de quo Eunapius pag. 175. seq. & Svidas in Αἰβάνῳ. Sed occasione Acacii Cæsareensis in Palæstina Episcopi juvat hoc loco syllabum Cæsarensium Episcoporum subjicere qualem ex Actis Conciliorum V. C. Hadrianus Relandus in Palæstina sua lib. 3. pag. 676. seq. exhibuit. Præmittam autem illi locum de antiquioribus Cæsarensibus Episcopis, qui exstat in Constitutionibus Apostolorum Clementinis lib. VII. cap. 96. Κατωτάτος ἐστὶν τῆς Παλαιστίνης πρῶτος μὲν Ζακχαῖος ὁ ποτὶ τελευτῆς, μετ' οὗ Κορνήλιος, καὶ τρίτος Θεόφιλος. Ad quæ verba Cotelierius: *Concordant in Zaccharo al. i. a Clementi pariter adscripta, itemque Rufinus præfatione ad recognitiones, ac Hæresyographus Simondianus, hæresi II. § 13. In Cornelio Martyrologia, non Egesippus tractatu de distantius locorum terra sancta. Theophili autem Episcopi, hujus aut alterius, ad quem Evangelista Lucas scripsit, mentio fit in Isidoro. Originum libro 6. cap. 2. Perum Pseudo Clementi. Apocryphis libros aut non legit, aut potius lectos spreuit Eusebius Casariensis, alias tanta Ecclesie sua ornamenta nequaquam in Operibus suis omisissurus.*

Episcopus *Cæsareus* hos invenio in actis Conciliorum commemoratos:

**THEOPHILUM**, qui actis concilii Cæsarensis, habiti anno *xxx* Christianæ 198. subscripsit. Vide Eusebium *in Hist. Eccl. V. 23.* Hieron. cap. 43. Catalog. & Stephani Baluzii novam collectionem conciliorum Parisus editam anno hujus sæculi septimo pag. 13.

**AGRICOLAUM**. Hic subscripsit concilio Ancyrano habito anno 314. Vide *tomum I.* conciliorum generalium pag. 1475. At alii Agricolam hunc non agnoscant, sed seriem episcoporum à Theoctisto ad Eusebium ita texunt, THEOCTISTUS, DOMNUS, THEOTECNUS, AGAPIUS, EUSEBIUS. Confer Eusebii *H. stor. Eccl. VI. 19. & VII. 14.*

**EUSEBIUM**, \* ab amicitia martyris Pamphili dictum, virum scriptis clarissimum. Hic subscripsit concilio Palæstino habito anno 318. Vide Baluzii novam collectionem conciliorum p. 23. Subscripsit & concilio Nicæno. Vide tom. II. conciliorum general. pag. 51.

**ACACIUM** Hic successit Eusebio, Theophanes in Chron. *Ἀκίσιος* (Eusebii) *Ἀκίσιος μαθητὴν καὶ δαδόνον τῷ Θεοφίλω Καταστάσας.* Hieronymus Epist. ad Minervium: *Acacius Cæsaree quæ primæ turris Stratonis vocabatur post Eusebium Pamphili episcopus.* Hic subscripsit conciliabulo Seleuciensi anno 359. (Vide Epiphanium *Hæres. LXXIII.* pag. 874. aut Baluzii supplement. Concilior. pag. 66.) & Concilio Antiocheno anno 363. Vide *Sacra Hist. Eccl. III. 25.* aut *tom. II.* concilior. pag. 828. Hujus & Euzolii studium in instauranda celebri bibliotheca Cæsarensi, quam Pamphilus dedicaverat, laudat Hieronymus in Epist. ad Marcellam & in catal. script. Ecclesiasticorum. Laudat plus semel codicem Evangelii Matthæi, Chaldaico & Syro sermone sed Hebraicis literis conscriptum, qui in illa Bibliotheca erat. Hinc discimus Evangelia Matthæi Hebræa quæ circumferuntur esse commentitia. Chaldaicum Syrumque erat id quod citat Hieronymus, sed Hebraicum appellat, quod literis esset conscriptum Hebræis. Vide eum l. III. *dial. adversus Pelagianos*, p. 533.

U u 2

(De

\* Ante Eusebium perperam scribunt Episcopatu Cæsarensi suum Pamphilum Martyrem, Jvo Carnotensis & Petrus de Natalibus.

(De Acacii successore Evzoio ita E

XXIII. 37. p. 885.

*Εξ αυτων γαρ Ευζοιος &c. Ex hoc enim grege Casariensis EUZOIUS prodiit illorum (Semiarianorum) discipulus, qui post Acacium sedi illi profuso, cum ante PHILUMENUS à Cyrillo Hierosolymitano in illa constitutus fuisset, ac deinde CYRILLUS senex ibidem ab Eutysbio collocatus, ac demum GELASIUS ab Cyrillo Hierosol. eujus sororis erat filius, rursus esse impositus. Cum enim hi tres illis ordinati forent, & obitu v. s. m. tates ste cessissent, postmodum EUZOIUS sedem ill. s. H. Ouyi de Scriptor, E. cap. 113. Evzoius apud Re. i. i. u. vio Nazianzeno Episcopo adolescens Casaria. i. i. p. a Urbis Episcopus plurimo labore corruptam Biblia. i. i. p. b. l. i. in membranis instaurare conatus est. Eruntur e. varii l. i. i. i. e. trallatus, quos nosse per facile est. Idem cap. 132. G. C. e. Palestine post Evzoium Episcopus, accuratiss. is, fer. a. m. scribere, sed celare.)*

**GELASIUM.** Scripsit concilio Constantinopolitano anno 481. Videtom II concilior. pag. 956.

**EULOGIUM.** Subscripsit concilio Diospolitano, anno 415. Vide tom. II. concilior. pag. 1532. an forte *Evzoius* legendum

**GLYCONEM.** Subscripsit concilio Chalcedonensi per Zozimum, anno 451. Videtom. IV. concilior. pag. 80. & 787.

**IRENAEUM.** Mentio ejus fit in actis concilio Chalcedonensi subjectis. Videtom. IV. concilior general. pag. 889.

**ELLIAM.** Subscripsit concilio Hierosolymitano anno 536. Vide tom. V. concilior. pag. 234.

**JOHANNEM.** In actis concilii Constantinopolitani, anno 553. Vide novam collectionem Baluzii pag. 1497. & tom. V. concilior. pag. 192 & 116.

Alios quosdam Czarez Palaestina Episcopos vide apud Sandium pag. 33 appendicis ad nucleum Historiae Ecclesiasticae.

**ALEXANDER,** Alexandrinus ab A. C. 312. ad 326. Episcopus, successor Achillz fratris, adversarius praecipuus Arii, quem in Concilio Alexandrino A. 324. & Niceno A. 325. damnavit post haeresin ipsius variis prius scriptis Epistolis confutatam, quas cum responsoriis Episcoporum in unum volumen congregavit, ut ex Sozrate & Sozomeno notavi supra pag. 310. Ex his exstat.

x. Episto-

1. Epistola Encyclica de depositis  
cap. 6. Gelasium II, 3. de Aëtis Co  
ptiones) \* tum apud Nicepho

Arii, apud Socratem  
in Nicæni, (ubi etiam  
VIII 8. & in Tripar-

2. Ad Alexandrum CPolitanum (sunt qui Theſſaloniceſem  
ſunt) (τόμος) sive Epistola de fide, apud Theodoretum lib. 1. Hist.  
3. ubi Valeſius verba : πρὸς ὁμώτυμον, male vertit ad gentilem

Tales fere ſeptuaginta ad diverſos Episcopos ( τὰς πάντα χῆ  
νους Sozom. lib. 1. c. 15. ) ſcripſiſſe refert Epiphanius LXIX. 4.  
ſtatim ad Macarium Hieroſolymitanum Eufebium Cæſa-  
ræm, Aſclepium Gazæum, Macrinum Jamniēſem, Zenonem  
ſum, Philogonum Antiochenum, Eufſtathium Berrhoēſem.

Hiſ accedit 3. quam è Codice 2417. Regiſ Chriſtianiſſimi  
ſedit Cotelærius ad conſtitut. Apoſtol. 28.

Epistola Arii & eorum qui cum illo  
ſer Alexandrum Archiepiscopum  
Alexandria.

Καθαίρεσις Ἀρείου καὶ τῶν σὺν αὐτῷ,  
ὑπὸ Ἀλεξάνδρου ἀρχιεπισκόπου  
Ἀλεξανδρείας.

Respondet Presbyteris & Diaconis  
Theſſia ſæque Marcella præſens  
fratris dilectis fratribus in Domi-  
nio.

Ἀλέξανδρος πρεσβυτέροις καὶ δια-  
κόνις Ἀλεξανδρείας καὶ Μαρουτίου πα-  
ρῶν παρῶν, ἀγαπητοῖς ἀδελφοῖς  
ἐν κυρίῳ χαίρειν.

Epistolam subscripseritis illis quæ ad  
Arianos miſi, adbor-  
nendæ heræſandam impietatem & ad  
inſerendam ſana ætque Cætholica fidei,  
æque ſententiæ veſtræ offende-  
ntes non in dogmatibus conſo-  
ntis cum Eccleſia Catholica; ta-  
cia & ad omnes ubique terrarum  
miſſos de Arianæ ſeclæ litteras  
— ὑπογράψαντες ἡμεῖς qui—

Εἰ καὶ φθάσαντες ὑπεγράψατε  
οἱ ἐπίτωλα τῶν περὶ ἄρεον προτερέ-  
πων ἠ αὐτοῖς ἀπεῖσασθε μετὰ τῆ  
ἀσέβειαν, πενήθηναι δὲ τῆ ὑγιαίνουσα  
ἢ καθολικῇ πίτι, καὶ ἐδείξατε ἑαυ-  
τῶν ὀρθῆν τὴν προαίρεσιν, καὶ τῆν  
ἐννοῖς δόγμασι συμφωνίαν τῆς κα-  
θολικῆς ἐκκλησίας, ὅμως ἐπειδὴ καὶ  
πρὸς τῆς ἀπανταχῆ συλλεκτεργῆς  
ἐπίτωλα περὶ τῶν περὶ ἄρεον, ἀ-

Ὑ 3

ταγ-

καταſτο ἡ ἐκκλησία ἡ νομῖνα 33. Presbyterorum, & Diaconorum 29. καὶ ἐν νο-  
μα Athanaſii editone 1. tom. I. pag. 401. habes nomina presbyterorum 36. & Dia-  
conorum 44.

Exſtat & in Cæſarea Bibl. ſeclæ Lambecio III. pag. 87.

† ἑ. αὐτοῖς.

παγκαίων ἡγήσαμπι, ὑμᾶς μὲν τὰς  
 τῆς πόλεως κληρικὸς συναγαγεῖν,  
 ὑμᾶς δὲ τὰς ἀπὸ τῆ Μαριώτα μετα-  
 πέμψασθαι, μάλιστα ὅτι καὶ ἀφ'  
 ὑμῶν Κάριος καὶ Πισὸς πρεσβύτεροι, καὶ  
 Σαραπίων, καὶ Παράμμωσ, καὶ Ζω-  
 σιμῶ, καὶ Εἰρηναῖο διάκονοι, ἐπη-  
 κολαθήσαν τὰς περὶ ἄρειον, καὶ ἡγά-  
 κησαν σὺν αὐτοῖς καθαιρεθῆναι ἴνα  
 καὶ τὰ τῶν γραφόμενα γινώτε, τήντε  
 ἐν ταῖσι συμφασίαι ἐαυτῶν ἐπιδεί-  
 ξηθε, καὶ τῆ καθαιρέσει τῶν περὶ  
 ἄρειον καὶ τῶν περὶ Πισὸν σύμφηφαι  
 γένηθε. Πρεῖπὶ γὰρ τὰ παρ' ἡμῶν  
 γραφόμενα γινώσκω ὑμᾶς, καὶ ἴκα-  
 σον ὡς παρ' αὐτῶν γραφόμενα, ἐν τῇ  
 καρδίᾳ κατέχευ

dem civitatis Clericos congregarentur,  
 vos vero qui de Mariota ecclesiis arcesserem,  
 precipue cum ex vobis quoque Chares et  
 Pifus Presbyteri, Serapio, Param-  
 mon, Zosimus, et Irenaeus Diaconi,  
 Arianos affectati fuerint, atque cum  
 illis deponi voluerint; quo tum quae nunc  
 scriptis mandata sunt cognoscatis, tum  
 vestrum in iis consensum demonstratis,  
 itemque Arii, Pifii, sociorumque depo-  
 sitioni suffragemini. Decet enim quae  
 quae à me scripta sunt scire, et unum-  
 quemque ea quasi à se essent exarata,  
 corde retinere.

Constantini M. Epistola scripta sub extremum A. 312. Nicomedia ad Alexandrum hunc & Arium extat integra apud Euseb. II. 64-72. de vita Const. & ex parte apud Socratem I. 4. Niceph. VIII. 13. Confer D. Balthazaris Bebelii diff. ad hanc Epistolam editam Argentorati 1663. Dannhavveri salve Reformatum contra Bergium pag. 171. seq. & Tillemontium Tom. 6. memor. pag. 228. qui Eusebium Nicomediensem Imperatori stylum suum commodasse in hac Epistola scribenda suspicatur. De Alexandro altero qui S. Athanasium successorem habuit, accurate ut solet idem Tillemontius pag. 213-238. & de Alexandro C. Politano T. 7. p. 32. seq.

AMBROSIUS Alexandrinus, Didymi auditor, diversus ab Ambrosio Alexandrino, celeberrimo \* Origenis ἐργασίας  
 scri-

\* Dixi de hoc in Volumine V. hujus Bibl. pag. 272. A. duobus his diversis Ambrosiis  
 Mediolanensis Episc. de quo nota vox Theodosii Imp. apud Theodoretum II. 13.  
 Hist. Ἀμβρόσιον ἰδοῦσα μόνον ἐπίσκοπον αἰχίος καλεῖται, ἄλλου ἀπὸ τοῦ  
 nobis qui Episcopus dici mereatur. Illum A. C. 398. obiisse probat Papebrochius  
 in diff. de anno & die mortis S. Ambrosii, quae exstat ante Tomum I. A. G. Sancti.  
 Aprilis pag. XXXVIII. seq. De ejus vita ex veteribus videndus Paulinus presbyter  
 (diversus a Nolano) Ambrosii notarius: tum Metaphrastes à Benedictinis Graece  
 & Latine editus, E recentioribus Erasmus XXVIII. epist. 3. Baronius ante edit. Am-  
 brosii Romanam & in Annalibus, Tomo IV. Tillemontius Tom. X. annot. Par. 1705.

AQVILIUS \* SEVERUS in Hispania de genere illius Severi ad quem Lactantii duo Epistolarum scribuntur libri, composuit volumen quasi ὁδοποιικὸν totius suae vitae statum continens, tam prosa quam versibus, quod vocavit καλασποφὴν sive πειραὴν, & sub Valentiniano Principe obiit. Hæc Hieronymus cap. III. Catalogi. Sed Volumen illud Aquilii, quod ex Græco carmine & profario sermone mistum fuisse innuit Hieronymus, perinde ut duos illos Lactantii, Latini scriptoris Epistolarum libros desideramus. Ex Hieronymo idem repetit Pseudo Dexter in Chronico ad A. C. 370. *Aquilii Severus domo Toletanus, ex genere alterius Aquilii Severi, ad quem Lactantius nuncupavit volumen Epistolarum, hoc tempore magno in pretio habetur.* In alio fragmento Chronici quod sub Dextri nomine extat ad calcem Bibliothecæ Hispanicæ Nic. Antonii ad A. C. 372. tantum hæc leguntur verba: *Aquilii Severus Toletanus floret.* De familia apud Romanos celebratissima Aquiliorum accurate Joannes Glandorpius in Onomastico p. III. seq. & illustris Vir Philippus a Turre in monumentis veteris Antii cap. 2.

BASILIVS Episcopus Ancyranus (non confundendus cum Basilio Ancyrano presbytero, qui tempore Julianii martyrium subiit, & de quo Acta Sanctor. ad diem XXII. Martii, ac Jo. Tillemontius Tom. VII. memor. pag. 375. seq. 728. seq.) Apud Hieron. cap. 89. Catalogi multi Codices, etiam Jo. Marcianæ editio habet: *Basilius Ancyranus Episcopus, artium medicina quemadmodum & apud Freculphum & Honorium legitur, & Græcus Hieronymi interpres atq; Svidas: ἰατρὸς τῆν ἰατρικῆν, licet hæc verba in Francofurtensi Sophronii editione sunt omissa.* Quoniam mihi insolens videbatur locutio, *Episcopus Artium medicina*, pro artis illius perito: atque in Miræi editione reperiebam, *Basilius Ancyranus, Episcopus Arcis Mecheæ*, hanc potius amplexus sum lectionem, cum plures referrem Basilio, supra pag. 63. præcipue cum & Caveo illam vidissem placuisse. Jam vero attentius Hieronymi verba cogitans, fateor illum arcis Mecheæ Episcopatum suspectiorem etiam mihi videri. Omitto quod apud alios veteres de hæc Basilio ἰατρικὴν altum silentium. Illud tantum urgeo, apud Hieronymum necessario jungenda esse verba *Ancyranus Episcopus*, nam

XX 2 certe

\* In quibusdam Honorii Augustod. Codicibus male *Asbillius*. Alii *Asilius*. Apud Freculphum Tom. 2. Chron. lib. 2. c. 15. *Asilius* (Græcis Ἀκυλλῆς) Apud eundem pro verbis καλασποφὴν sive πειραὴν, monstrum habes vocabuli *centacipitani sive petram*.

Epist. ad Antiochen. Tom. 1. p. 705. 580. & apud Epiphani. LXXII. 11.  
 Alius Ammon Thebaidis Episc. ad quem exstat Epistola Canonica  
 Theophili Alexandrini in Pandectis Canonum Bevereg. T. 2. p. 170.  
 Idem Ammon Episcopus Elzarchiz, cujus Epistolam ad Theophilum  
 Alex. de vita & conversatione SS. Pachomii & Theodori edidit Pape-  
 brochius in Actis S. Pachomii. T. 3. Maji p. 63. Alius Ammon Episc. Ha-  
 drianopolitanus laudatus à Cyrillo Alex. libro ad Reginas Tom. V.  
 parte 2. pag. 50. & S. Maximo ad Dionysium Areopag. cap. 7. de cœlesti  
 Hierarch. pag. 88. Ἀμμων ὁ Ἀδριαναπολίτης ἐν ταῖς περὶ ἀναστάσεως αὐ-  
 τῶ κατὰ Ὀριγόνους λόγους. Ejusdem Ammonis nomen excidit p. 421  
 ad cap. 7. de Eccles. Hierarchia, ita enim legendus ille locus : ἀ-  
 γουθὶ Μεθόδῳ τῆ ἀγίας μάρτυρος ἡ Ὀλυμπίου ἐπισκόπου τῆς Λυκίας ἁγίου  
 Martyris & Episcopi Olympi in Lycia (hæc enim omnia ad unum Methodium  
 pertinere, acute vidit Clariss. Caveus) ἡ Ἀμμωνῶν Ἀδριαναπόλεως κα-  
 τὰ αὐτῆ ( Ὀριγόνους ) περὶ ἀναστάσεως γραφήντα. Præter hos Ammon  
 sive Ammonius quidam Alexandrinus scriptor Græcus quinti seculi  
 subinde citatur in Catenis Græcorum Patrum. Sed de hoc & aliis  
 Ammonii dixi lib. IV. cap. 26. Incertum cujus Ammonii plures Epistolæ  
 ferri apud Caldos scribit Hebedjesu in Catalogo 50.

ANASTASIA sub Diocletiano Martyr Romana, cujus  
 nomine Epistolæ duæ \* ad Chrylogonum cum hujus responsionis  
 exstant apud Svidam in χρυσόλογος & Nicephorum lib. XIV. sub ex-  
 trem. Hujus Anastasiz vita apud Surium 25. Dec. Alia Anastasia  
 Martyr Virgo, de qua apud eundem Surium ad 28 Octobr.

S. ANTONIUS Ammonis suppar, Monachorum & ipse  
 Ægyptiorum atque Eremitarum post Paulum Thebanum Pater, ab-  
 stinentis vitæ, sanctitatis & Zeli pro CHRISTO in mediis persecutioni-  
 bus probati laude clarissimus obiit in Thebaide 17. Januar. A. C. 357.

xlatis

\* Olivierus Maillardus sermone 4- post cineres: Scelus dicit in tertio, quod quando quis  
 offendit nos, non possumus optare damnationem suam sine peccato mortali, nec talem  
 quod moriatur, nisi in duobus casibus. Primo quando impedit bonum, omnium &  
 servitium divinum: secundo, quando est publicus peccator, & non sinit frater  
 Et fundat se in una littera quam mandavit S. Anastasia beato Chrylogono, que habet  
 vitæ malum, & rogabat eum quod oraret ut moreretur: nec ipsa peccavit in hoc,  
 quod impedit eam à servitio divino. Vide Menagiana Tom. 4. pag. 208.



etatis CV. Neque scriptis neque sapientia externa neque arte quacun- que, sed sola in DEum pietate inclaruisse Antonium scribit Athanasius in ejus Vita pag. 121. ἔϋ δὲ ἐκ συγγραμμάτων, ἔδὲ ἐκ τῆς ἐξου- θεν σοφίας, ἔδὲ διὰ τινὰ τέχνην, διὰ τὴν μόνην θεοσίβητον Ἀγίαν ἐγνω- εῖθην. Et p. 95. ὅτι μὴ μεμάθηκε γράμματα. Græce non calluisse Antonium testatur Palladius in Lausiaca historia cap 69. verum *septem* ejus, Apostolici sensus sermonisq; *Epistolas* ad diversa Monasteria, ex Ægyptiaca in Græcam linguam translatas jam olim testatus est Hiero- nymus c. 88. de Scriptoribus Eccles. addens præcipuam ex his esse *ad Arsenoitas*. Hodie septem illas Epistolas Asceticas lectu dignas & præ- claras habemus Latine, e Græco versas a *Valerio Sarasio*: Sed in Biblio- theca Patrum \* quod mireris, universæ præter primam ad fratres Ar- senoitas inscribuntur, male hoc quidem, excepta secunda quam vere ad Arsenoitas scriptam & Hieronymi judicio cæteris prælatam dubium haud est. Hæc sola etiam ad Arsenoitas inscribitur in anti- quioribus editionibus, ut in Microprebytico Basil. 1550. fol. & in Orthodoxographis 1555. fol.

2. Clariss. Cavcus auctor est, in Bibliotheca Patrum haberi sub Antonii nomine *sermonum libros duos*, illosque auctoris esse lon- gerecentioris, atque id Basilii, Chrysofomi, & aliorum in iis nomi- nis deprehensa satis liquido ostendere. Sed in Bibliotheca Patrum Lugd. nusquam duos illos sermonum libros, verum unicum tantum brevem Antonii sermonem reperies, *de vanitate mundi & resurrectione mortuorum*, qualem Latine ex veteri Codice Aldi Manutii vulgaverat Gerhardus Vossius ad calcem Gregorii Thaumaturgi pag. 128. Mo- gunt. 1624. 4. Atenim sermonum libri duo, quos Antonio nostro Trithemius tribuit, & qui in Bibliothecis Patrum antiquioribus Paris. A. 1575. Tomo I. & 1589. Tomo V. Latine leguntur, sunt *Antonii Monachi* longe junioris, qui ab excerpti studio dictus est *Me- lissa*, libri duo locorum Communium de Virtutibus & Vitiis, de qui-

X x

bu,

\* Bibl. Patrum edit, Lugd. Tomo IV. (sic & in aliis editionibus Bibliothecæ Patrum Paris & Colon) Præmittitur Symphoriani Campegi sive Champerii Lugduncen- sis Epistola, cujus etiam latinam Epistolarum versionem esse, falso traditur in Henrichii pandectis Brandenburgicis. Antonii Epistola a Symphoriano pri- mum edita Paris. 1515. & deinde cum Dionysio Carthusiano ad Dionysium Arco- pagitam recusa notat Rev. Jo. Godfridus Olearius in Bibliotheca scriptorum Ec- cles. italicorum p. 64.

bus dicam infra capite trigesimo, & quorum auctorem Caveus alibi refert ad medium sæculum a Christo nato duodecimum.

3. *Exhortatio ad Monachos*, apud Athanasium in Antonii vita pag. 25-60. edit. primæ Hoeschelianæ.

4. *Regula Monachis præscripta*, primo loco legitur Latine in Codice Regularum Monasticarum collecto a Benedicto; Anianense Abbate (qui A. C. 800. claruit,) edito a Luca Holstenio Rom. 1662. & Paris. 1663. 4. Ejusdem Regulæ versionem ex Arabico edidit Abraham Ecchellensis Paris. 1646. 8.

5. *Epistole XX.* Latine versæ ex Arabico ab Abrahamo Ecchellensi, & Cardinali Barberino dicatæ, Paris. 1641. 4. Has Antonii ingenio, divina ejus sapientia, hominis vere *Θεοδιδάκτης* dignissimas & ejus vivos characteres esse affirmat Combesius in Bibl. Concionatoria. Aliæ illius Epistolæ, ut quas ad Constantinum M. scriptas memorat Sozomenus II. 31. quemadmodum & Constantini ad Antonium de quibus Hieron in Chron. ad A. 335. &c. interciderunt.

6. *Sermones XX. ad Monachos.*

7. *Admonitiones & dogmata varia ad Monachos.*

8. *Sententiarum quarundam explicatio & ad interrogata varia responsiones.* Hæc omnia itidem ex Arabico conversa a se, Latine vulgavit idem Ecchellensis, adjuncta duplici S. Antonii vita itidem ex Arabico versa, & Borhaneddini Alzernouchi, scriptoris Arabi libello Ethico qui Enchiridion studiosi scribitur, quem nuper Arabice cum ejusdem Ecchellensis, & altera illustris Viri Frid. Rostgaardii versione vulgavit eruditissimus Relandus Trajecti ad Rhen. 1709. 8.

De Antonii vita ab Athanasio scripta dixi lib. V. cap. 1. pag. 302. Illius lectione multos ab Ethnicismo ad dogma Christianum conversos scribit Augustinus VIII. 6. C. I. Laudant & Nazianzenus, Palladius multique alii. Illustrat enim Caspar Barthius LVII. Adversar. De symbolis S. Antonii imagini appingi solitis, igne, sue, libro, baculo, tintinnabulo, Tau vesti appicto, fuse dicit Theophilus Raynaudus Tom. VIII. Opp. pag. 367. seq. atque Chronotaxin Antonianam, sive vitam S. Antonii, ordine annorum digestam exhibet pag. 411-421. Accurate etiam de illo Tillemontius T. 7. memor. pag. 101. seq. & de ejus scriptis pag. 134. seq.

testatur se evoluisse  
 ait, ἀσκητικῆς πολυ-  
 MSta sub illius no-  
 um & virtutum, Πα-  
 ραξίας καὶ θεωρίας  
 αἰγενήτη. Lau-  
 Egypti Monachos a  
 17m annos natum vi-  
 fragmenta quædam  
 pter rem appellatur  
 nachum diserte vo-  
 ratoria.

Alexandrino Gram-  
 nior, nec cum Mo-  
 es IV. 33.) confun-  
 am prima literarum  
 I majore inde defi-  
 ecibus & audiendi  
 n modo \*\* Gram-  
 meticz, Musicz &  
 raverit, sed & sacra-  
 em Ecclesiaz, prz-  
 ris vitz exemplo &  
 Catechetz Alexan-  
 392. librum suum  
 o tempore annum  
 ste, quod ego atti-  
 um excessit annos,  
 obiit

st. Theodorium IV. 29.  
 Nicephorum IX. 17. & c  
 o illustre vidi mus exem-  
 rine laudem obtinere:  
 io in Tirofia sive diatriba

certe Hieronymus scripsit diu post A. C. 336. quo datus est Basilus Marcello Ancyrano successor. Ita arcu Mechez nullus locus relinquitur. Cæterum Episcopos artis medicæ peritos plures habemus, (ne de Aëtio quæ supra dixi repetam,) quos referunt Andreas Tiraquellus lib. de nobilitate pag. 262. seq. Theophilus Raynaudus Tom. VIII. Opp. pag. 569. 587. Abraham Bzovius in Nomenclatore sanctorum professione Medicorum Colon. 1623. 12. Christianus Benedictus Carpzovius in diss. de Medicis ab Ecclesia pro sanctis habitis, Lipsiæ 1709. 4. neque tamen cum Tiraquello \* mihi facile persuaserim Basilium Ancyranum intelligi, quando a Paulo Aegineta IV. 55. & VII. 19. Basilii medicamenta referuntur. Denique nec genus loquendi adeo insolens debet videri, quod est Hieronymo usitatum. Sic statim de Theodoro cap. 90. *Theodorus, Heraclia Thraciarum Episcopus, elegantis apertique sermonis & magis Historica intelligentia.* Scripta Basilii quæ Hieronymus commemorat, perierunt utraque, *liber de Virginitate, nec minus alter adversus Marcellum Ancyranum.* Quamquam vero Semiarianos interdum eminuit hic Basilus, ut apparet ex Epiphaniæ hæresi 73. ubi Acta Concilii Ancyrani A. 358. & Basilii professionem Fidei pag. 859. exhibet: cui jungendus Athanasius de Synodis Tom. I. pag. 916. tamen Eunomianos in eodem Concilio condemnavit, & Photinum consutavit in Concilio Sirmiensi A. 351. Depositus postea in Concilio CPol. A. 360. & relegatus in Illyricum, una cum aliis Macedonianis Joviniano Imp. obtulit A. 363. libellum supplicem, rogans in Episcopatum suum restitui, ut narrat Socrates III. 25. Sed repulsam tulit, Athanasio in Ancyrana sede ipsi prælato. Confer Tillemontium Tom. 6. memor. Hist. Eccles.

CRESCENTII (*Κρησεντίου*) & Alexandri Alexandrini scripta contraria de Paschate, quo die celebrandum esset, quibus acerrime inter se pugnaverint, memorat Epiphanius hæresi LXX. 9. p. 829.

DIADOCHUS Photices in veteri Epiro sive Illyrico Episcopus, a Viris Clariss. Oudino & Caveo ad A. C. 450. refertur, non aliam ob rationem, quam quod Victor Vitenfis \*\* libros de Persecutio-

\* Lib. de Nobilitate p. 345.

\*\* In Bibliotheca Johannea hujus Urbis Hamburgensis existat editio Victoris Vitenfis Parisina Anni 1569. 8. collata a Frid. Lindembrogio cum Codice prædicto Lugdunensi. Cæterum cum is quæ de hoc scriptore observavit Petrus Franciscus Chiffletius in sua Victoris editione Divion. 1664. 4. & Theodoricus Ruinartus Paris. 1694. 8. conferendus Tillemontius Tom. XVI. memor. & Anonymus Scriptor qui vitam novam Victoris Gallica lingua edidit Paris. 1708. 8.

**dam Codiceen-  
Clementis Ale-  
quorum & ibi-**

s, nam integer  
non reperiuntur  
audat Damasce-  
ατα εκ πληθους  
atum vero illius  
cujus versione  
atu S. ad calcem  
e *Henr. Canisius*  
04. 4. pag. 17.  
omo IV. Græce  
*scus Combefis* in.  
arif. 1672. fol.  
lia redux Eme.  
um ex illo pro-

multos S. Scri-  
fiaca ( pag. 15.  
751. Quin in  
gas Testamen-  
ste, sectas au-  
per. ipsas ratio-  
tiamque trans-  
I. hist. Eccles.  
nsa, adhibitis  
e habentur. Nos  
res, & ea que à  
gratiam & divi-  
is magis sermoni-

Diadochi Homilia quam memorat Allatius, & Holstenius edere voluit, in CHRISTI ascensionem, incipit: *Φέρει μοι νῦν ἡμεῖς ἰσραηλιτικὴς ἀρεῖς.*

Illos Marci libellos asceticos etiamnum habemus excepto ultimo qui haecenus in lucem non est prolatus. Exstat autem MS. apud Clariss. Galeum λόγος εἰς τὸν μελχισδέκ. Caeteri editi sunt sed alio ordine quam a Photio referuntur. prxmittiturque illis proœmii loco, quod Marci non est, neque a Photio agnoscitur, sed est pars homilix 37. S. Macarii, ut a multis jam fuit annotatum.

1. *De Paradiso & Lege spiritali*, capita sive sententia 200. Hæc cum Vincentii Opsopœi versione leguntur in Micropresbytico p. 263. & in priore Orthodoxographorum editione.
2. *De his qui putant ex operibus se justificari*, capita 211. Istos duos libellos Græce & Latine cum versione sua edidit Vincentius Opsopœus, Hagenez 1531. 8. atq; emendatius Joannes a Fuchte, Helmst. 1616. 8. dolens sibi ad manus haud fuisse editionem Græcam Paris. 1513. Libellum posteriorem, quo tam præclare de beneficio DEI ex sola per Christum Gratia credentes justificante Marcus scripsit, separatim Latine fecit recudi D. Samuel Sibelvigius ὁ μακαρίτης Gedani 1688. 4.
3. *De Penitentia cunctis necessaria.*
4. Responsio sive *Dialogus ad eos qui de divino baptismo dubitant.* Hunc Latine etiam vertit Petrus Franciscus Zinus, cujus interpretatio cum S. Ephræmi, Nili atq; Esaia Ascetæ scriptis quibusdam vidit lucem Venet. 1574. 8.
5. (Photio VIII.) *Præcepta salutaria ad Nicolaum Monachum de ira & libidine compescenda*, cum ejusdem Nicolai Epistola, qua gratias Marco agit.
6. (Photio VII.) *Capitula de temperantia & jejuniis.* Partem posteriorem quæ in editione Pici desideratur, vertit Zinus & cum superiore 4. Latine edidit.
7. (Photio VI.) *Disputatio cum seculari Causidico.*
8. (Photio V.) *Consultatio intellectus cum sua ipsius anima.* Hanc quoque Zinus vertit.

Hi octo libelli Latine versi a Johanne Pico viderunt lucem Paris. 1563. 8. atque deinde sæpius in Bibliothecis Patrum cum fragmento Epistolæ. Græce vero & Latine in auctario Ducrano T. I. Paris. 1624. fol.

Præter illa octo, Nicephorus XIV, 54. testatur se evoluisse libros alios Marci hujus XXXII. *δι ὧν πᾶσαν, inquit, ἀσκητικῆς πολεμίας ὁδὸν διεξέρχεται.* Atque Tho. Galeus habuit MSta sub illius nomine *κεφάλαια ἠθικὰ & γνωστικά, ἀντιζυγα* vitiorum & virtutum, Parznesin Asceticam, literarum ordine. *Περὶ πράξεως καὶ θεωρίας πνευματικῆς.* Orationem in S. Crucem, capita *ἑξὶ ἀγενήτη.* Laudatur hic Marcus inter clarissimos sæculo IV. Ægypti Monachos a Palladio in Lausiaca cap. 20. qui eum prope centum annos natum vidisse se testatur, & a Sozomeno VI. 29. Marci fragmenta quædam leguntur in Corderii Catena ad Lucam, ubi præter rem appellatur Archi Episcopus. Nam in MS. Mazariniana Monachum diserte vocari notatum Combesio in Bibl. Patrum Concionatoria.

**DIDYMUS Alexandrinus, Didymo Alexandrino Grammatico Chalcentero annis prope quædringentis junior, nec cum Monacho Ægyptio \* Didymo (de quo Socrates IV. 33.) confundendus, parva ætate quadrimulus, cum adhuc etiam prima literarum periret elementa, oculorum usum amisit: sed majore inde desiderio scientiæ verique luminis inflammatus, precibus & audiendi meditandiq; impigro studio tantum profecit, ut non modo \*\* Grammaticæ, Rhetoricæ, Dialecticæ, Geometriæ, Arithmeticæ, Musicæ & Astronomiæ, cæteræque Philosophiæ adyta penetraverit, sed & sacrarum literarum insigni peritia instructus, Doctorem Ecclesiæ, præterit tanto magis eximium, quanto etiam magis vitz exemplo & verum sanctitate celebratum. Vivebat adhuc, Catechetæ Alexandrini fungens munere, cum Hieronymus A. C. 392. librum suum scriptoribus Ecclesiasticis componeret, quo tempore annum Rogesimum tertium ætatis testatur eum excessisse, quod ego attente interpretor. Nam quinque & octoginta cum excessit annos, obiit**

De ætate Didymis Jonsius III. 2.

- Vide Socratem IV. 25. Sozom. III. 15. Rufin. XI. 7. Hist. Theodoritum IV. 29. Tripartitam VIII. 8. Cassiodorum c. 5. Inst. divin. lit. Nicephorum IX. 17. & recentioribus Tillemontium Tom. X. p. 387. seq. Porro illustre Didymus exemplum est ex iis qui oculorum luce orbati magnam doctrinæ laudem obtinuerunt: quales commemorantur alii nonnulli a Jacobo Guthero in Tiresia sive diatriba de cæcitate & sapientiæ conjunctione.

obiit † A. 396. decennio postquam eum frequentarant Hieronymus & Rufinus, ne de Palladio & Ambrosio Alexandr. Evagrio, Isidoro innumerisque aliis qui ejus audiendi causa concurrerunt, jam memorem.

### Didymi scripta quæ exstant.

1. *Liber insignis de Spiritu S. Græce quidem intercidit, sed ab Hieronymo circa A. 386. Latine e Græco versus exstat ex illius versione inter Hieronymi opera, etiam in nova Jo. Marcianzi editione T. IV. præter auctoris & interpretis \* mentem discerptus in libros III. Meminit Augustinus lib. 2. quæst. in Exod. cap. 25. Niceph. IX. 17. Prodiit separatim primum Coloniz A. 1531. 8. deinde Joanne a Fuchte curante, Helmstadii 1614. 8. Occurrit & in quibusdam Bibliothecæ Patrum editionibus Parisi. 1589. 1654. Plura hujus scripti loca illustrat Caspar Barthius in Adversariis. Analysin ejus summaque capita vide si lubet apud Abrahamum Scultetum Tom. IV. medullæ Patrum pag. 428.*
2. *Cum eodem libro de Spiritu S. lucem viderunt primum, sed itidem Latine tantum Didymi breves enarrationes in Epistolas Canonicas, Coloniz 1531. 8. fallitur enim præclarus Caveus, qui a Canisio primum editas scribit. Exstant & in editionibus Patrum omnibus Parisi. A. 1575. Tom. 6. A. 1589. 1644. 1654. Tom. 9. Colon. 1618. & Lugd. 1677. Tom. 4. Illas enarrationes ex Græco Latine vertendas curavit Cassiodorus ab Epiphonio Scholastico, ut ipse narrat cap. 8. de institut. divinarum literarum. ~~Et cum de reliquis Canonicis Epistolis magna nos cogitatio fatigaret, subito voluit, ut Didymi Græco stylo conscriptus in expositionem septem Canonicarum Epistolarum, Domino largiente, concessus est, qui ab Epiphonio viro discretissimo, Divinitate juvante translatus est.~~ Labbeus \*\* testatur se hæc*

† Ita Sigebertus Gemblacensis, cum quo non difficile fuerit conciliare Palladium, et cujus sententia ad annum 399. Didymi obitum referendum colligit Tillemontius T. X. memor p. 392. 796. Annos 85. ætatis Didymo tribuit Palladius cap. 4. Lausiacæ Historiæ.

\* Cave credas viro Clariss. Eliz du Pin, qui ab Hieronymo in tres libros distinctum scribit, nam unum librum agnoscit Hieronymus in Catalogo c. 109. & lib. 2. in fine, & qui Hieronymi versionem legit Ratramnus lib. 2. contra Græcos, cap. 5.

\*\* T. I. de scriptoribus Eccles. pag. 230.



hæc Didymi Επιτομή των βιβλίων των am Codice an-  
 tiquo Cœnobii S. Mariz montis L. 1. α Clementis Ale-  
 xandri ad hæreticos ἡρώδης quarum & ibi-  
 dem Cassiodorus mentionem faci

*Liber adversus Manichæos* five major certe libri pars, nam integer non videtur ad nos pervenisse, quoniam in eo non reperiuntur hæc verba quæ ex Didymo adversus Manichæos laudat Damascenus in parallelis pag. 507. *Φιλοῦσι τὰ ἀμαρτήματα ἐκ πλεθροῦ ὄχλου καὶ ἐν θλίψιν τῶν ἀναγκαιῶν ἤκουσαι.* Quantum vero illius libri habemus, è Græco vertit *Franciscus Turrrianus*, è cujus versione dedit Latine primus *Antonius Possivius* in Apparatu S. ad calcem literæ D. Venet. 1603 Colon. 1608. fol. Deinde *Henr. Canisius* Tomo V. *Lectioinum Antiquarum* Ingolstadt. 1604. 4. pag. 17. Hinc in Bibliothecis Patrum Colon. & Lugd. Tomo IV. Græce porro primus exhibuit cum nova versione *Franciscus Combefis* in parte secunda auctarii novissimi pag. 21-32. Paris. 1672. fol. Donaverat ipsi Græcum apographum suum ex Italia redux *Emericus Bigotius*. Antequam Græce prodiret, initium ex illo produxit *Petrus Possinus* ad S. Nili *Epistolas* pag. 342.

### Scripta Didymi deperdita.

*Ἐπιτομή* & sacrorum expositorem scriptorum, qui multos S. Scripturæ libros explicaverit, laudat *Palladius* in *Lausiaca* (pag. 15. edit. *Meurfii*) & in vitis *Patrum Rosveidi* pag. 751. Quin in *Heraclidis Paradiso* (in iisdem *Vitis* pag. 710.) legas *Testamentum Vetus ac Novum ad verbum interpretatum esse, sectas autem omnes tam subtiliter firmiterque, exposita super ipsas ratione differuisse, ut omnium scientiam veterum peritiamque transferret* *Hujus aliquanti dicta*, inquit *Rufinus* lib. XI. *hist. Eccles. cap. 7. vel communiter disputata vel proponentibus responsa, adhibitis notariis describere, quæ etiam nunc in magna admiratione habentur. Nos tamen qui & viva vocis ejus ex parte aliqua fuimus audiores, & ea quæ nonnullis dicente eo descripta, legimus: longe majorem gratiam & divinum nescio quid, ac supra humanam vocem sonans, in illis magis sermonibus qui de ore ipsius proferebantur, cognovimus.*

Yy

Eic

Εἰς τὸν Λὼτ καὶ τὸν Δαβὶδ. citat Jo. Damascenus in sacris parallelis pag. 789. T. 2. Opp.

In *Jobum commentarij*. Hieron. cap. 109. Catalogi. Fragmenta plurima in Catena Patrum Græcorum ad Jobi librum.

Λόγος εἰς τὸν Ἰωβ. Damascenus in parallel. pag. 789.

*Commentarii in Psalmos omnes*. Hieron. cap. 109. Catalogi. Et Epist. 89. ad Augustin. Nicephorus IX. 17. Fragmenta bene multa in Catena ad Psalmos Corderiana.

In *Proverbia*. Casiodorus cap. 5. Institut. divin. lit. in quo libro Didymum expositorum in Græca lingua reperimus, qui ab amico nostro viro discretissimo Epiphano in Latine translationem diligentissime, Domino juvante translatus est. Ex hoc commentario fragmenta in Catena Patrum ad Proverbia, quam Latine Theodorus Peltanus edidit, & in Catena Corderiana ad Lucæ VIII. 5.

In *Ecclesiastem*. Jo. Damascenus in sacris parallelis pag. 685.

In *Canticum Canticor.* Catena à Meurfio edita pag. 19.

In *Esaiam postrema à quadragesimo usque capita*, Tomi XIII. Hieronymus prologo in Esaiam. Didymus cujus amicitias nuper usi sumus, ab eo loco ubi scriptum est: Consolamini, Consolamini populum meum, Sacerdotes, loquimini ad cor Jerusalem, usque ad finem voluminis, decem & octo edidit Tomo 5. Meminit & cap. 109. Catalogi & Nicephorus IX. 17. citat Damascenus pluribus locis sacr. parallel. pag. 307. 341. 677. 721. 781.

In *Jeremiam* citat Catena Ghisleriana Tom. 1. pag. 39. Tom. 2. pag. 704. 753.

In *Hoseam libri III.* ad Hieronymum scripti, teste ipso Hieronymo cap. 109. de S. E. & apologia ultima in Rufin. p. 164. & proæm. in Hoseam, & Zachariam. Citat Damascenus in parallelis pag. 778. Hieronymi verba ex proæmio in Hoseam adscribere placet: Ante annos circiter viginti duos, quum esse Alexandria, vidi Didymum & eum frequenter audivi, virum sui temporis eruditissimum, rogavique tum ut quod Origenes non fecerat, ipse completeret, & scriberet in Osæ commentarios: qui tres libros me petente didicit, quinque alios in Zachariam.

In *Zachariam libri V.* Hieronymo rogante scripti. Id. proæmio in Zachariam: Didymus quinque explanationum libros me rogante didicit, quos cum aliis tribus in Osæ & mihi προσεφώνηεν. Sed tota eorum ἔκκλησις allegorica fuit, & Historia vix pauca tetigerunt.

Etiam

Θεῶν, αἰδῶν ὄντων.

ἡρώα. *Contra Per-*

**& Addz Manichzi**  
Diodori inter Mani-  
c. fab. capiteult. Ar-  
Syros, testatus est

*ἰνιχνημαται. De*  
ur opposita. In his  
l. 102. qui illa in eo-  
contra Eunomianos  
Diodorum Tarfi &  
ianos & *Macedonium*  
s de sectis p. 448.

*fiestas*, quem titu-  
& Theodoti Antio-  
iptis fuisse przposi-  
n. 2. Opp. pag. 655.  
enta leguntur apud  
m Tom. 9. Bibl. Pa-  
d Marium Mercato-  
adhuc habent Syri,  
Diodorus male au-  
ntibus: unde Cyril-  
rinxit, & singulari  
i loca oppugnanda  
pere itidem deper-  
Theodorum strenue  
bos Diodorum Tar-  
itos esse in Synodo  
li Actis hoc non re-

25.) *Ad-*

. 448. seq. Tillemontium

libro περί Φιλοσοφίας πυθαγ [ ] n laudat Clemens Alex. r.  
 Strom. pag. 309. & cujus περί των Πλάτωνι ἀρεσκόντων laudat Eu-  
 febrius XI. 23. præparat. Epitomen Stobæus florileg. ferm. 101.  
 pag. 557. Vide Rev. Jo. Christophori Wolfii, nostri è Collega  
 Scholarchæ & Pastoris ad D. Catharinæ dignissimi dissertationem  
 qua Philosophumena, quæ sub Origenis feruntur nomine, pro  
 illo Didymi sectarum volumine haberi non posse, neque vo-  
 lumendogmatum Didymi Alex. à sectarum volumine diversum  
 esse disputat adversus Clariss. Virum Christophorum Augustum  
 Heumannum. Prodiit illa dissertatio una cum secundis laudat  
 Wolfii ad Φιλοσοφικῶν scriptorem curis Hamburg. 1714. 8.

Contra Arianos libri II. Hieron. cap. 109. de S. E. Nicephorus IX. 17.  
 Hist. Videtur respici e Didymus ipse sub extremum explanat in  
 Johar Arias [ ] gens, horum, inquit, singula examina-  
 le, in [ ] buerunt.

Dei tria de S. Trinitate libri III. (incertum an iidem cum libris  
 du [ ] it [ ] ie simul cum illis computato libro de  
 [ ] ta [ ] imine.) Meminit Socrates IV. 25.  
 qvη μι [ ] τῆς [ ] τῆς [ ] habitum ab Ecclesia suz  
 ztatis Didym meo n loco testatur.

Προς Φιλόσοφ [ ] Da [ ] g. 643. parallel.  
 Liber ad Ru [ ] [ ] infantos cum propter peccata, corpora de ce-  
 [ ] y [ ] ogia ultima ad Rufin. pag. 164. Excet  
 [ ] tise [ ] ut tibi respondit, non eos multa peccasse, &  
 acorpo [ ] es [ ] eis tedigisse sufficere. Atagister meus &  
 [ ] o [ ] [ ] querebas.

[ ] five septenario. Hieron. Apologia pro libris adver-  
 [ ] um.

[ ] D [ ] em [ ] 80 parallel.  
 [ ] [ ] [ ] yenus, in libros Origenis de Principiis con-  
 [ ] [ ] [ ] rfas ejus adversarios, quos calum-  
 [ ] [ ] [ ] t arguit, teste Socrate IV. 25. His præ-  
 cip in te odium m [ ] n & invectivas contraxit bonus Di-  
 [ ] [ ] atque prop h [ ] Commentarios factum est ut etiam  
 [ ] [ ] [ ] Evagrio proscriptus non uno in Con-  
 cilio. Vide illustriss. Cardinalis H. Norisii diss. de Synodo quin-  
 ta, capite VII. ubi contra Halloisium docet à quinta Synodo  
 gene-

generali utique fuisse damnatos Evagrium, Didymumque A. 553 neque in hoc errasse Concilium Lateranense sub Martino Papa. A. 649. Synodumque sextam in Trullo A. 680. & septimam 787. Nicenam. quæ exemplum illud Concilii quinti sunt secutæ. Argumenta Norisii labe factare non potuit Jo. Garnerius in diss. de eadem quinta Synodo quam Liberati breviario subjunxit. Hieronymus lib. 2. in Rufin. pag. 148. *Quid respondebis pro Didymo qui certum Trinitate Catholicus est, cujus etiam nos de Spiritu S. librum in latinam linguam vertimus. Certe hic in his que ab hæreticis in Origene operibus (ex Rufini scilicet opinione) addita sunt, & in ipsos peritæ a 22. quos tu interpretatus es libros breves dilavit commentarios, quibus non negaret ab Origene scripta que scripta sunt, sed nos simplices homines non posse intelligere que dicuntur, & quo sensu in bonam partem accipi debeant, persuadere conatur, hoc duntaxat de Filio & Spiritu S. Cæterum in aliis dogmatibus & Eusebius & Didymus apertissime in Origene scitæ concedunt, & quod omnes Ecclesie reprobant, Catholice & pie dilium*

*de defendunt. Idem Apologis postrema pag. 163. In Didymo mendaciam prædicamus, & super Trinitate, fidei puritatem, Sed in ceteris Origenei ualde creditis, nos ab eo retrahimus. Magister namque enim non in his mutando sunt, sed vitantes. Adde pag. 159.*

De Providentia & judicio DEI in hac vite, ne erremus, judicium \* observare diligenter varietatem corporum rerumque mundi decus constat, & rationes quibus DEUS, per aspera ad virtutem ducit ac sapientiam. *Τὸς περὶ προνοίας καὶ κρίσεως ἐπιπαύειν αἰ γύμναζον λέγει, ὅτι ὁ μέγας καὶ γενεῖος διδάσκαλος ἔστι, καὶ τὰς τὰς ὕλας διαφέρει, ὅτι ὁ μέγας καὶ γενεῖος διδάσκαλος ἔστι, καὶ τὰς τὰς ὕλας διαφέρει, ὅτι ὁ μέγας καὶ γενεῖος διδάσκαλος ἔστι. Καὶ τὸς μὲν ἁπλοῦς λόγος ἐν τῇ διαφορῇ τῶν σωμάτων καὶ κατὰ τὸν εὐθύμον ἔστι. Τὸς δὲ περὶ προνοίας, ἐν τοῖς τρεῖσι τοῖς ἀπὸ καυλας καὶ ἁπλοῦς ἀπὸ τῶν ἀσπῆν ἢ ἐπὶ τὴν γινώσκον ἑμᾶς ἐπαυάγουσι. Sermo de providentia & de judicio DEI, assidua meditatione tecum ipse recole, ais procul Deo & Spirituali scientia instruas Didymus, ceteraque sermo de materiis fac in memoria circumferas. Omnes enim forte in his labuntur, sermones quidem ac rationes de judicio, in differentia corporum & in partium mundi aperies. Sermo autem de providentia, in modis illis quibus a vitio*

*ad virtutem & cognitionem ducimus, deprohibeas.*

¶ y 3

Stylis

Styli simplicitatem significare, viti ~~non reprehendere~~  
 voluit Hieronymus, quando præf. ad Iulium ~~Ludgini de Spiritu S.~~  
 scripsit: *Imperius sermons est, sed non scientia, Apostolicum virum et ipso stylo*  
*exprimens e. i. i. sensus lumine, quam simplicitate verborum.*

**DIODORUS** sive **THEODORUS**, è Monacho *Antiochensis* Presbyter, à Meletio post Valentis mortem reverso ad exilium constitutus A. C. 378. *Tarsi* Episcopus & metropolitanus Ciliçiz; \* Non diu post interfuit Concilio Antiocheno sub extremum anni 379. , & CPolitano Oecumenico 381. ubi Nestarium ordinavit Episcopum. Maximam adversus Ethnicos pariter & hæreticos constantiz, Zeli & industriæ laudem meruit adhuc presbyter, nam Episcopatus ejus incidit in tempora Ecclesiæ pacatiore sub Theodosio M. Laudatus à S. Chrylostomo tum presbytero est, cum Antiochiam Diodorus Episcopus invisisset circa A. 387. & Chrylostomum pro Conçione laudasset. Chrylostomi in Diodorum hunc duplex Encomium apud Facundum IV. 2. è quibus alterum Græce & Latine editum est ab Emerico Bigotio ad calcem Palladii de Chrylostomi vita Paris. 1680. 4. pag. 229-235. Exstat & S. Epiphani ad eum Epistola, qui librum de gemmis ipsi dicavit. Obit *plenus dierum* ante A. 394. quo successor ejus Phalerius Synodo CPolitanz subscripsit, ac fortasse jam anno 392. decesserat, ut perivasum Tillemontio qui de hoc Diodoro tradit accurate Tomo VIII. memor. Sunt interdum qui confundunt cum aliis Diodoris sive Theodoris, ut Diodoro Tyrio \*\* & Theodoro Mopvesteno à quibus est diligenter distingvendus. Sed nunc scripta ejus strictim percensere juvat.

i. ) Libri VIII. sive capita LIII. *κατὰ ἡμερημίης* contra *Ἰουλιανὸν*, illudque asserentes Astronomos atque Astrologos & hæreticos Bardesanem aliosque. Ex hoc opere, quod memorat & Theodorus Lector apud Svidam *Διόδορος*, atq; Syriace superesse Hebed Jesu auctor est, exstant ampla excerpta apud Photium Cod. 223. Quod autem in hoc opere scripsit Diodorus pag. 358. *τὸ τῶν Χριστιανῶν γένος πρὸς τετρακοσίω ἐτῶν τὴν ἀχρὴν ἐσχικέναι, ἀθρόον δὲ πᾶσαν λαβεῖν τὴν οἰκουμένην.*  
*Chri-*

\* Vide Domni Antiocheni Epistolam Synodicam in Diodori laudem, quam servavit Facundus VIII. 5. Theodorum pro Diodoro vocat Photius Cod. 223. Facundus IV. 2. Diodorum Tarsensem Theodori Mopvesteni Magistrum à Nestorianæ hæreseos *ἐγκλήματι* defendere cupiens laudat Epistolam Athanasii, verum quæ non ad illum sed ad Diodorum Tyrium scripta est.

\*\* Vide Tillemont. Tom. 8. pag. 239. 561. 712. seq.

*Christianos cepisse ante annos CCCL., atque totam occupasse terram, non præcise sed cum aliqua latitudine accipiendum.*

2.) Singulare opus *adversus Ethnicos* eorumque *Idola* scripsisse colligit Tillemontius ex Juliani Imp. Epistola ad Photinum, cujus magnam partem Latine versam refert Facundus IV. 2. pag. 122. ubi inter alia de Diodoro quem *Nazaræi* *magum* blaspheme appellat: *Iste enim in ala communis utilitati Sabenas navigans & philosophans imprudenter, musicorum participatus est rationem, & rhetoris confectionibus odibilis ad armavit linguam adversus cælestes DEOS, neque adeo ignorans paganorum mysteria, omnemque miserabiliter imbibens, ut ajunt, degenerum & imperitorum ejus Theologorum piscatorum errorum.* Videtur hoc esse quod Theodorus Lector apud Svidam memorat *κατὰ Πλάτωνα* & *περὶ Θεῶν καὶ Θεῶν*. Mirum autem quod ignorantiam secularium literarum Diodoro objectat Hieronymus in catalogo cap. 119.

3.) *Adversus Photinum, Malebionem, Sabellium & Marcellum Ancyranum* de quo Theodorus lib. 2. de hæreticis fabulis cap. ult. *κατὰ τῶν τιττορῶν τάττω συνέγραψεν ὁ θεῖος Διόδωρος ἐκ τῶν Κιλικίων ἰθύναις μητροπόλει, θεῶν πραγμάτων τὸν χρῆσιν ἀποδείξας, ἐπ' ἰσχυρῶν τῶν ἡμερῶν ἐναθρησκασαίκα, καὶ τὴν τῶν ἀνθρώπων πραγμάτων εὐαγγελιστῶν σωτηρίαν.* Scripta cetera Diodori Theodoro Lectori apud Svidam in *Διόδωρος* memorata sunt:

4.) *Χρονικὸν διορθούμενον τὸ σφάλμα Εὐσεβίου τῷ Παμφίλῳ περὶ τῶν χρόνων.* *Chronicon, quo errata ab Eusebio in libro de temporibus admissa emendantur.*

5.) *Περὶ τῷ εἰς Θεὸς ἐν τριάδι.* *De eo quod sit unus DEUS in Trinitate.* *Adversus Arianos sive Eunomianos, adversus quos Diodori opus existere apud Syros testatus est Hebed Jesu in Catalog. scriptorum Chaldaicorum.*

6.) *Κατὰ Μελχισεδεκιστῶν, contra Melchisedecitas hæreticos, quibus Theodorum Byz. & Hieracen secutis Melchisedech erat Spiritus S. Ex auctore prædestinati cap. 34. cognoscimus adversus Melchisedecitas scripsisse etiam Dionysium Hierosolymorum Episcopum, quem admodum eosdem oppugnatos à Diadocho Photices Episcopo constat ex Photii Cod. 200.*

7.) *Κατὰ Ἰουδαίων.* *Contra Judæos.* *Etiam hoc est inter ea Diodori scripta quæ Syriace superesse Hebed Jesu scripsit.*

8.) *Περὶ νεκρῶν ἀναστάσεως.* *De resurrectione mortuorum.*

9.) *περὶ*

9.) Περὶ ψυχῆς, κατὰ διαφορὰν περὶ αὐτῆς αἰρέσεων. - *De anima adversus varias de illa haeticorum opiniones.*

10.) Πρὸς Γρατιανὸν, καὶ Φάλαγα. *Capita ad Gratianum Imp. Hujus Gratiani, Valentiniani & majoris Theodosii edictum quo solos illos habere Ecclesias permittunt qui communicant Nestorio CPol. Timotheo Alex. Pelagio Laodicez & Diodoro Tarfi & totius Concilii (κωνῆ) sub Vicario Afiz constituti, apud Facundum IV. 2.*

11.) Περὶ αἰθέρας καὶ τῶν ζωνῶν καὶ τῆς ἀναστάσεως αἰθέρα πορείας. *De sphaera & quinque Zonis & contrario astronomia.*

12.) Περὶ τῆς ἰσπάρχεις σφαίρας, *De sphaera Hypparchi Bithyni qui ut ait Plinius II. 26. ausus rem etiam DEO improbam, annu-merare posteris stellas ac sidera ad nomen expungere, organis excogitatis per quz singularum loca atque magnitudines signaret.*

13.) Περὶ προνοίας, *de Providentia.* Hic est quem Syriace adhuc super esse Hebræi Jesu scripsit Diodori liber quem vocat *Paluticorum.* Vide Rich. Simonis Epistolæ selectas Gallice editas III. 19. pag. 111.

14.) Περὶ φύσεως καὶ ὕλης, ἐν ᾧ τί τὸ δίκαιόν ἐστι. *De natura & materia, in quo scripto tractatur & de eo quod justum est.*

15.) Περὶ θεῶν καὶ ὕλης Ἑλληνικῆς πεπλασμένης. (al. minus bene πλάσματις.) *De DEO, & falsa Græcorum materia.*

16.) Ὅτι αἱ αἰεταὶ φύσεως ἐκ ἐκ τῶν στοιχείων, ἀλλ' ἐκ μηδενὸς μετὰ τῶν στοιχείων ἐδημιουργήσαν. *Naturas invisibiles non ex elementis, sed una cum elementis ex nihilo factas esse.*

17.) Πρὸς Εὐφρόνιον Φιλόσοφον, κατὰ πέντε καὶ ἑπτὰ κεφάλαια. *De Euphronium Philosophum, per interrogationem & responsum. Necio an hic sit liber ille scriptus à Diodoro adhuc presbytero, in quo ut in Platonicis dialogorum Platoniorum desiderat S. Basilius Epistola 167. Meminit illius Epistolæ Basili ad Diodorum etiam Facundus IV. 2. pag. 112.*

18.) Κατὰ Ἀριστοτέλους περὶ σωματικῆς ἕρως. Περὶ θερμότητος ἢ ἄλλου. Κατὰ τῶν λεγόντων ζῶν τὸν ἕρανόν *Contra Aristotelem & contrarios caelesti: & quomodo Sol sit calidus. Et contra eos qui Calidum dicunt.*

19.) Περὶ τῆς, πῶς αἰεὶ μὲν ὁ δημιουργὸς, ἐκ αἰετῆς δημιουργήματα. *De eo quomodo opifex quidem sempiternus, semper permatans.*



padozem Epistola Juliani Imp. 20. & duz vel tres Libanii. Teste Svida scripsit τὰ κατὰ τὸν Κολήσαντα τὸν βασιλέα ( ita legendum ) καὶ ἀρχαιολογίας Καππαδοκίας καὶ λοιπῶν Ἑθνῶν, Cappadocia & reliquarum gentium Antiquitates & res gestas ab Imperatore Constante. Vide Cangii notas ad Zonaram pag. 31. ex Eudociz ioniis MSS. Hunc Eustochium citari à Stephano Byz. in παντικάσιον assentior Clariss. Kuffero.

EUTHALIUS Episcopus Sulcensis \* à Turriano xqualis existimatus magni Athanasii , à Clariss. Caveo refertur ad A. C. 396. quod ipse prologo ad Epistolas Pauli Apostoli innuat se scripsisse *Arcadio quartum & Honorio tertium COSS.* Sed illa verba non Euthalii sunt, verum auctoris antiquioris è quo memoriam Martyrii S. Pauli Apostoli ibi repetit, & qui illius Epistolas ante Euthalium dividerat in capitula, itaq; mox deinde subjungit: καὶ ἀπὸ τῆς ὑπατίας τεταρτῆς μὲν Ἀρκადίᾳ, τρίτης δὲ Οὐριεῖς μέχρι τῆς παρῆντος ταύτης ὑπατίας πρώτης Λεόντι. Αὐγύστῳ, Ἰνδουμῶν. δωδεκάτης ἑκατὸς ἑ, Διακλήσιον ἑξῆς, ἐτη ἕξ. à Consulatu quarto Arcadii, tertioque Honorii usque ad præfinitum hunc Consulatum primum Leonis Augusti, Ἰνδουμῶν XII, Epiphi mensis die V. Diocletiani vero annum CLXXII. suis anni LXIII. Unde conficitur Euthalium hæc scripsisse A. C. 458. nam apud Clariss. Zaccagnium in notis p. 536. calami errore male excusum quibingentesimo pro quadringentesimo quinquagesimo octavo. Hic Pauli quidem Epistolas\*\* cum Diaconi adhauc munere fungeretur vios χρόνων καὶ μαθημάτων: ἄλλος vero Apostolorum & Catholicas Epistolas Episcopalem dignitatem jam adeptus, Lectionibus capitulis ac versiculis distinxit ( secutus pium quendam Patrem qui Pauli Epistolas in capita ut jam dixi circa A. C. 396. digesserat ) argumentis præterea, ( nisi & illa ab alio antiquiore sunt ) capitulosum inde-

\* Συλλογὴ τῶν ἐπιστολῶν appellatur in Codice Vaticano & illo quem laudat Turrianus præf. ad Constitutiones Apostol. Sed incertum ubi illa urbs fuerit. Vide Zaccagnii præf. LXXIV.

\*\* Δωδεκάτη βιβλία versibus distinctæ meminit Hesy chius Hierosol. præf. ad ἐν-δεκάτην duodecim Prophetarum , ubi ad Euthalium respicere viderur Rich. Simonio qui illum sed sine nomine auctoris MS. evoluit in Bibl. Regis Christianissimi. Epist. Criticis Gallice editis Basil. 1699. 12. p. 78. seq. & Clariss. Zaccagnio quem vide præf. ad vetera monumenta pag. LXVII. & in Opere ipso pag. 402. Idem observat Euthalii divisiones librorum sacrorum frequenti in usu apud Græcos Christianos fuisse, idque plurimis Codicibus MSS. confirmari quibus fere omnibus hæc abentur capitula ab Euthalio excogitata,

25.) *Adversus Contentiosum* nescio quem, liber quem apud Syros existare Hebed Jesu auctor est, testatus praeterea composuisse Diodorum libros sexaginta quos combusserunt Ariani.

26.) Principuus Diodori labor fuit quo *plerosque Sacra Scripturae libros* interpretando, imitatus est Eusebium Emesenum \* atque ipse praeivit Joanni Chrysofomus atque Theodoro Mopsuesteno ita ut sensum literalem & Historiam potius quam ex recepto apud plerosque alios illis temporibus more allegorias sectaretur, ψιλὰ ἐφ' ἑκατόμιστα τῶν θείων προσέχων γραφῶν, τὰς θειώτας αὐτῶν ἐκτρέπόμενος, ut est apud Socratem VI. 3. sive ut Sozomenus VIII. 2. πρὸς τὸ μητὸν τῶν ἱερῶν λόγων τὰς ἐξηγήσεις ποιήσας τὰς δὲ θειώτας ἀποφύγων. Speciatim memorantur ejus ἐρμηνοῖαι in *Pentateuchum*, Svid. in *Διόδωρῳ* ex Theodoro Lectore.

*In Psalmos, id.*

*In IV Regnorum libros.*

*Ἦς τὰ ζήτηματα τῶν παραλειπομένων.*

*In Proverbia*, cui addidit dissertationem *de differentia theoriae atque allegoria* sive sensus mystici ab allegorico moralis, *τίς διαφορὰ θειώτας ἔ. ἀλληγορίας*, Svid.

*In Ecclesiastem*

*In Canticum Canticorum,*

*In Prophetas.*

*In quatuor Evangelia.*

*In Acta Apostolorum. Idem Svidas:*

*In Apostolum commentarii*, Hieron. cap. 119. *de scriptoribus Eccles.*

*In primam Epistolam Joannis*, Svid. in *Διόδ.*

Fragmenta horum commentariorum frequentia in Graecorum Patrum ad libros sacros catenis, in quibus Diodori nomen frequentissimum est, sed & cum Theodori Mopsuesteni haud raro confunditur nomine.

Diodori & Theodori Mopsuest. scripta Nestorianis curantibus in Armenorum, Persarum & Syrorum linguam conversa fuisse auctor est Liberatus cap. 10. breviarii.

Antiphonarum in Ecclesia usum ad Diodorum & Flavianum Antiochenum velut auctores refert Theodorus lib. 2. *Hist. cap. 24. de*

\* Hieron. c. 119. de Scriptor. Eccles.

de quo consule Jo. Bonam de divina Psalmodia cap. XVI. §. 10. pag. 513.

Julius Marinus Tacito memoratus VI. Annal. 20.

Marinus Medicus cujus libros XX. *αβαρομικων* Galenus ait se IV. librorum compendio  
complexum, de libris præor. Jofio iudice is fuit Posthumius Marinus cujus *Πητας*  
X. 6. Epist. meminit. Sed Dan. Clericus Galeno memoratum putat Posthumii Mari-  
ni patrem. Vide Dan. Clerici par. 3. Histor. Medicinz lib. 2. c. 1. p. 70. & c. 2. p. 102.

Marinus Neapolitan. quem memorat Pseudo Ignatius Epistola ad Mariam Cappadociam.

Marinus Neapolit. Magister Militum sub Alexio Comneno. Cangius p. 392. ad Alexiam.  
Postumius Marinus. Vide supra in Medico.

Marinus sive ut a Justiniano & Zonara vocatur Marianus Syrus, Præfectus Prætorio sub  
Anastasio Imp. quem cum Marino Procli Philosophi discipulo videtur confunderi

Jo. Malala. Vide Valesium ad Evagrii III. 42. Svidam in *Ανασασ.*

Marinus Senator & Martyr, cujus memoriam recolunt Menologia Græcorum 16. Dec. de  
hoc & altero Martyre quem celebrant 18. Oct. vide Acta Sanctor. T. 2. Mart. p. 177.

Nunc ad PROCLUM Lycium ut revertar, scripta ejus commemo-  
raturus, antequam hoc faciam cum Lectore communicabo non-  
nulla ipsius hætenus inedita ex Codice MS. quem Bibliothecæ Joh.  
hujus Urbis, patriz suæ, legavit vir summus Lucas Holstenius. Versio  
inculta fateor & tantum non barbara, sed ex qua Græcæ linguæ & Phi-  
losophiæ Platonicæ peritis pulchras sententias auctoris perspicere  
nec difficile, ut confido, erit nec injucundum.

PRO-



# PROCLI LYCII

De Providentia & Fato, & eo quod in nobis,  
ad THEODORUM Mechanicum.

*Gmlelmo de Morbecka, Ord. Præd. \* ArchiEp.  
Corinthi interprete.*

## I.

**C**onceptus quidem tuz animæ, o amice Theodore, māturos esse puto & congruos viro amanti Entia speculari: Et acceptavi, quod & ad nos putasti oportere de iis scribere, & multis apud vos entibus potentibus conquirere & condubitare tibi circa problemata. Oportet autem & nos, ut videtur, apparentia de iis quæ misisti insinuare quæcunque rebusque æstimamus consonare, & gloriosissimis antecedentium Philosophorum, & non vane audire quæstiones tuas, Viri utique optimi in Mechanicis & nobis olim noti, sicut æstimo & ipse scripsisti. Quæris autem millesies dicta quidem & neque requiem habitura unquam secundum meam opinionem, eo quod anima provocetur ad id quod circa ipsam consistit negotium, cum dederit jam multas directiones, & ab illis Plotinicus & Jamblichicus elaborata & ante hos a Divino Platone scripta, & si non grave dicere, & ante hunc a Theologis præconitata, maniaco ore dicentibus, qualia solus demonstrationibus Plato explicuit. Et quid oportet Platonem & divina sapientes tibi producere? Sed & ipsis Diis quæ sui ipsorum sapienter scientibus, & quæ & qualia post seiplos egenuerunt differenter elucidata, & non cum ænigmatibus sicut Theologis. Oportet igitur & nos consequenter illis scribentes, ut dixi insinuare tibi de iis quæ interrogas.

II. Patienti dignum indulgentia, si adspiciens ad rerum humanarum omnimodas tragicas & comicas aliasve connexiones, unum residere conditorem & factorem talium colligationum in universo solum æstimasti, & hunc fatum vocasti, magis autem *equiv* id est connexionem funium ipsum & consequentem generationem

N n n

coa.

\* Circa A. C. 1280.  
Libri V. Pars. 4.

conductam fatum ponens ab aliqua utique necessitate inevitabili talem dramaturgiam, id est operationem dirigi solus putasti, & hanc providentiam hymnizasti, & solummodo *αὐτεξούσιον*, id est liberi arbitrii existere & Dominam omnium. Humanæ autem animæ vulgatum *αὐτεξούσιον*, nomen solum esse, & ut vere nihil ordinata ipsa in Mundo & serviente aliorum actionibus, & existente parte mundialis operis, magis autem ut tuis verbis assequens dicam, mechanica facientem quidem esse irrefragabilem causam omnia moventem quæcunque mundus iste comprehendens in se ipso habet: Mechanemate autem uno quasi ente universo, tympanis quidam implicatas proportionaliter totas esse sphaeras; iis autem quæ ab iis moventur partialia animalia & animas, & omnia ab uno dependere movente, & forte tuimet artem honorans & hæc æstimasti, ut & universi factor Mechanicus quidam sit, & tu imitator optimi causarum. Sed hos quidem cum studio ludum comminiscens scripsisti.

III. Ad ipsum jam agonem versi dicamus, quod trium horum maxime est tibi considerandum differentiam, si debeas adjuvnam venire quæstorum. Quorum primum quidem est, Providentiam & Fatum non hac differre qua scripsisti, hoc quidem connexam consequentiam, hanc autem necessitatem hujus causam; sed ambo quidem causas Mundi & eorum quæ in Mundo sunt, esse, præexistere autem Providentiam Fato, & omnia quidem quæcunque sunt secundum Fatum, multo prius a Providentia fieri, contrarium autem non jam verum esse, summa enim totorum a Providentia recta, esse diviniora Fato. Secundum autem, aliam quidem esse animam separabilem a corpore, & devenientem in hunc mortalem locum desuper aliunde a Diis: aliam autem esse quæ in corporibus, consistentem & inseparabilem a subjectis, & hanc quidem dependere a Fato, illam autem a Providentia secundum sui ipsius substantiam. Tertium autem, scientiam & Veritatem aliam quidem inexistere animabus in generatione versis, quamvis sint immaculata secundum vitam: aliam autem refugientibus ex hoc loco, & factis ibi & locatis, unde prius casus & qui in hunc mortalem locum descensus. Horum igitur trium, sicut diximus, si sufficienter invenies solutiones, omnium tibi manifesta erit solutio de quibus quæstivisti. Providentia quidem enim dicto modo differente a Fato, palam erit qualiter disjungiunt multa Fatum, Providentiam autem nihil: & qualiter desuper

super Providentia Fatum gubernat, quod ipsa produxit, separavit ejus epistatiam id est superstationem usque ad ab altero mobilia, aut ad sortita in ab altero mobilibus primam subsistentiam: anima autem rursus ostensa alia esse ea quae a corporibus separabili, & alia ea quae in corporibus plantata; manifestum fiet tibi, quae quidem, quae *αὐτεξούριον* id est libertatem arbitrii habet & τὸ quod in nobis; quae autem quae necessitati servit & sub Fato ducitur, & ubi horum complicatio, propter quam hae quidem hebetat τὸ *αὐτεξούριον* propter deteriorē vitam; hae autem participat aliquo idolo electionis propter meliorem vicinitatem ipsi animam. Scientia autem tibi duplici apparente, evidens erit qualiter & Plato & Socrates, addatur autem iis & magnus Parmenides, & hic animam entem ajunt cognoscere veritatem, purgatam a materiali tenebra & a passionibus quascumque ipsi corpus & quae ad hae commixtio intulit, & majori modo & sincerius extereute scientia fortiri factam extra corpora & extra generationem & materiam amaram.

IV. Iis itaque tribus problematibus necessariis entibus, & ab antiquis bene discussis, hoc quidem Jamblichus in iis quae de Providentia & Fato mille accessibus elaboravit, hoc autem omnes Platonis amatores duplicem divulgantes animam, hoc autem in multis locis Plotinus, in multis autem & Porphyrius speculationem & speculativam virtutem distinguentes: omnia autem Plato, assequi potentibus. Necessarium utique a primo nos facientes principium, invenire differentiam Providentiae & Fati. De omni autem ait Plato: *ο ἀμικε, ἕν μὲν πρῖν πρῖν σκῖρε δὲ κὼ εἰ ἰπὲκ ἰπὲκ ἰπὲκ, αὐτὸ δὲ ὀμνῖ πὲκ ἰπὲκ, ἵπὲκ.* Oportet autem &, ut *δαμῖνῖν* Aristoteles docet, post si est, quare consequenter quid est. Siquidem igitur quæris, sive est Providentia sive etiam non, & de Fato eodem modo; oportebat primum, quia est utrumque, tibi ostendi, &. si de iis jam dubitares, nollem tibi spondere rationem quod hae essent. Quoniam autem & esse ambo & ipse confiteris, & propter potentatum horum cogis omnia, palam æstimo reliquum quod de, quid est utrumque, tibi dicendum: Ex hoc enim & qua differunt erit planum. Hoc autem cognito, solventur tibi multa dubiorum, ut diximus. Rursus autem quoniam ad inventiones ejus quod quid est conferre quidem ajunt, & divisivam methodum, quoniam propter hoc Deorum dationem in homines in Philebo Socrates laudavit, conferre autem ad principii

rationem & communes nostros vocatos conceptus a quibus possibile multa venari demonstrabilium, ut Aristoteles scripsit: oportet utique & nos iis utentes explicare Providentiamque & Fatum, quid dicimus quantum ad hoc quidem, communibus conceptibus circa hæc utentes; quantum ad alia autem, divisionibus entium articulatum, a quibus ut mihi videtur solummodo inveniemus quæ quidem Fati, quæ autem Providentiæ ratio. Si autem hæc nota, lumen clarum accendent quæsitis, & forte satisficient capientibus nos in præsentibus ipsis dubitationibus.

V. Dicantur igitur de iis communes conceptus apud omnes indubitanter entes, Providentiam quidem causam esse bonorum iis quibus providetur, Fatum autem causam quidem esse & ipsum, sed connexionis cujusdam & sequentiæ iis quæ generantur. Quod etiam hos habemus irrefragabiles de iis conceptus omnes, manifestissimos: & hominum procuratores boni aliis, & quodcumque statuentes providisse bene passis dicentes; & rursus eum qui per multas complexas invicem causas & nobis ignotas evolutum, non aliter quam Fatum nominantes. Et vita nostra plena est nominibus iis, quoniam & nomina attestantur iis conceptibus. Nam *πρόνοια* id est Providentiæ quidem eam quæ ante intellectum qualitat omnino operationem; quam soli bono attribueri necessarium, hoc enim solum intellectu divinius, quia & intellectus qui valde laudatus desiderat bonum & cum omnibus & ante omnia. Fatum autem connectentem omnia natalem connexionem habere insinuat. Manifestant autem eam nobis qui circa divina sapientes & *κλεισῆρας*, id est alligatores quosdam dispartitos nominantes, & momenta partium, per quæ, ut mihi videtur, connexionem volunt & ipsi significare fatatorum: quoniam ipsius fatum secundum unam causam connexorum exaltatam infert. Et etiam quod non id quod providetur, datio, neque id quod connectitur fatum, neque quæ in hoc procedens connectio, sed connectens: sumes utique ab eo, quod omnes nos factivam quandam virtutem phantasmus, providentiamque & fatum. Ubique autem factivæ causæ ab effectibus distinctæ sunt, & sunt tria hæc differentia ab invicem, faciens, quod fit, actio. Sicut utique in iis providens, quod providetur, eam quæ a providente in provisum factionem: & rursus connectens, quod connectitur, eam quæ a connectente in connexum factionem. Et palam quod secundum utramque

que trinitatum, faciens non est tale quale factum, sed si hoc varium oportet faciens simplex existere, si participans bono faciens factum inparticipabile esse. Etenim ubique faciens divinorem facto sortitum est partem. Providentiam ergo causam bonorum dicentes, ipsam dicemus fontem esse bonorum, non adhuc indigere bonificantibus aliis. Et Fatum causam connexionis ponentes, non adhuc & ipsum ab aliis connecti dicemus. Talibus itaque entibus communibus conceptibus, quos de iis praecepimus, deinceps utique erit speculari quibus utrumque praestat. Prius, Fatum quibus.

VI. Ex conceptibus quidem igitur iis habemus quod connexionum est causa: quae autem connectantur, quae quidem sint, consideremus. Entium igitur haec quidem in aeternitate substantiam habent, haec autem in tempore. Dico autem in aeternitate quidem, quorum operatio cum substantia aeternalis: in tempore autem, quorum substantia non est, sed semper fit, quamvis in infinitum tempus sit. Haec autem media horum, aequaliter sunt habentia substantiam quidem stantem & meliorem generatione, operationem autem tempore mensuratum. Oportet enim omnem processum a primis in ultima fieri per media. Entibus igitur aeternis secundum ambo necesse est & mediam esse latitudinem, & aut substantiam habere aeternalem, operationem autem tempore indigentem, aut e contrario: sed hoc impossibile, ut non operationes ante substantias ponentes fateamur. Relinquitur ergo mediationem facere, substantiam quidem aeternam, operationem autem temporalem. Hos itaque tres entium ordines tibi ostensos dicimus, intellectualem, animalem, corporalem. Dico autem intellectualem quidem omni aeternitate & entem & intelligentem: Corporalem autem semper fientem aut infinito tempore, aut parte temporis. Animalium autem aeternalem quidem secundum substantiam, operationibus autem utentem temporalibus. Ubi itaque tibi ponendum quae connectuntur? Considera Diis intellectum ejus, quod est, *si per se* id est connecti sumens non aliquid aliud dicentem quam quae secundum tempus, alias aliud fiunt, copulari invicem non sequestrari; etsi in eodem sint tempore, distantia secundum locum, habere quandam coordinationem ad invicem: quare aut locis aut temporibus ipsa partita per *si per se* id est connexionem conduci aequaliter in unam, & in unam compassio-nem: & totaliter quae connectuntur non posse a se ipsis hoc pati, sed

altero indigere exhibituro ipsis εἰρημῶν, id est connexionem. Si igitur quæ sub fato ordinata hæc sunt quæcunque connectuntur ad invicem propter communem de fato conceptum nostrum: quæ autem connectuntur, & partibilia sunt, aut locis aut temporibus distantibus & ab alio nata sunt connecti propter de connexionem apud omnes obtentam æstimationem: hæc autem ab altero mobilia sunt & corporalia. Quæ enim extra corpora, hæc quidem & loco meliora & tempore, hæc autem etsi secundum tempus operentur, a loco pura esse videntur.

VII. Palam utique quod quæ a Fato reguntur & connectuntur, ab altero mobilia sunt & corporalia omnino. Si autem hoc demonstratum est, manifestum quod causam connexionis Fatum præsentantes, ipsum præsidem ab altero mobilium & corporaliū exposuimus. Hoc autem sumentes, nos ipsos interrogabimus quæ corporum causa dicitur, quæ & est proxime, & a quo etiam quæ ab aliis mobilia moventur & aspirantur & continentur, & quæcunque utique possint: & ad aspicientes ad nostra primo si velis corpora hæc consideremus, quid movens ipsa & nutriens & retexens semper & perfruens? Hoc autem non & quod plantativum (τὸ ἀμφοτέρω) est, quod & aliis animalibus exhibet similem oportunitatem, & usque ad hæc quæ in terra sunt eradicata duplicem habens operationem; hæc quidem renovantem extinctum corporum, ut non penitus cadant discerpta; hanc autem contentivam in eo quod secundum Naturam singulorum: non enim idem ei quod est apponere deficiens, & conservans contentorum virtutem. Si igitur non solum in nobis & aliis animalibus & plantis, sed & in hoc omni multo ante corpora esse Mundi Naturam contentiva ens corporum consistentiæ & motiva, sicut & in nobis: aut qualiter omnia corpora Naturæ ἰσχυρά, id est, progenita dicimus, necesse utique Naturam causam esse connexorum, & in hac quærare vocatum Fatum. Et propter hoc forte & dæmonius Aristoteles eas quæ præter consuetum tempus augmentationes aut generationes, περὶ \* (Fatum) παρὰ τὴν εἰμασίαν consuevit vocare. Et Divinus Plato ait, *Mundum totum secundum seipsum consideratum suis intelligentialibus Diis, tanquam corporeum revolvete Fatum, & complantat eam concupiscentiam.* Et cum iis Diis responsa \*\* dantes, non Natura inficitas, ajunt, *fatatum nomen bajus*, attestantes nostris demonstrationibus.

\* Imo præter.

\*\* Oracula Chald. infra, cap. 14.



vetur, sicut ignis ad circumferentiam, terra autem ad medium. Necessitatem quidem igitur corporum generationibus pręfecit ille, propter hoc & corruptionibus: intellectum autem extulit, ab hoc principari necessitati determinans. Si igitur Providentia & super intellectum est, palam, quod intellectui quidem principatur, & iis que sub necessitate hac: solis autem iis que sub ipsa, necessitas. Et propter hoc omne quidem intellectualiter ens, sub Providentia perseverat solum, omne autem quod corporaliter, sub necessitate.

IX. Duo itaque genera tibi intelligantur, hæc quidem intellectualia, hæc autem sensibilia: & regna duo duorum, Providentiz quidem sursum intellectualiumque & sensibilibum, fati autem deorsum, sensibilibum. Et Providentia differt a Fato, qua differt Deus a Divino quidem, sed participatione Divino, & non prime. Quoniam & in aliis, ut vides, aliud quod prime, & aliud quod secundam participationem velut lumen Sol. & quod in aere lumen, sed hic quidem prime, hoc autem propter illum lumen. Et vita prime quidem in anima, secundarie autem in corpore propter illam. Sic igitur Providentia quidem DEUS per se: Fatum autem Divina aliqua res & non DEUS: dependet enim a Providentia, & velut imago est illius. Si enim ut Providentia ad intellectualia entium, sic Fatum ad sensibilia. Regnant enim, hæc quidem super intellectualia, hoc autem super sensibilia. Et permutatim, ajunt Geometrz, & ut Providentia ad Fatum, sic intellectualia ad sensibilia. Intellectualia autem prime sunt entia, & ab iis altera: & Providentia ergo prime est quod est, & ad hanc dependet & Fati ordo. Sed de iis quidem satis.

X. Ad secundam autem discussionem, si velis, accedamus. Separabilis a corporibus anima & inseparabilis. Sume autem & hanc ab Aristotelis Philosophia. Dicit autem ille, omnem animam habentem operationem corpore nihil indigentem, & substantiam alteram sortitam esse talem extra corpus & separabilem. Et hæc necessarie. Si enim operatione sine corpore ente. substantiam ferentes in corpus ordinemus, melior operatio erit quam substantia nihil ipsa indigens deteriori, ut habeat secundum naturam radicata in illo. Sed hoc impossibile. Necessse ergo, separabiliter a corpore separatem & esse a corpore ipsam separabilem. Considera ergo o amator, quam earum que in nobis animam confitebimur corpore nihil indigere ad sui ipsius secundum naturam operationes. Ergone sensum? Sed



Sed corporibus pro organis utitur omnis virtus sensitiva, & cum iis operatur circa propria sensibilia oculis, auribus, aliis omnibus, simul mota & compatiens. Quid autem iram & concupiscentiam? Sed vides quod & hæc sæpe cooperantur cum corporeis partibus corde & hepate, & neque hæc pura sunt a corporibus. Etenim quomodo possent quæ cum sensu operantur, non etiam corpore indigere, sensu per corpus semper moto? Appetitivas autem virtutes quod cum sensu operantur, omnes, ut æstimo, cognoscimus. Quid enim utique irascetur insensibilis, quid etiam concupiscet? recte & Plotino dicente, quod passiones omnes aut sensus sunt, aut non sine sensu. Quare si & irascens cum sensu, contrisantis sensum habens, & concupiscens sensum delectantis; quod autem cum sensu operatur, cum corpore operatur, etenim sensus cum corpore: necesse ergo & irascens omne & concupiscens cum corpore operari. Ex quidem itaque species vitæ irrationales omnes entes, eam quæ secundum naturam operationem habent cum corpore.

XI. Ad ipsam autem jam rationalem aspiciens naturam, videtur vitam tertiam & primam etiam insidentem inferioribus vitis, & corrigentem aut deficientem ipsarum secundum cognitionem, sicut quando sensum deceptum circa sua cognoscibilia desuper ipsa arguit. Dico autem puta Solem pedalem dicentem, aut aliud cum conveta deceptione pronunciantem ex talibus, aut immensuratum ens motu erudientem, quando percutit furorem. Hoc itaque illud Homeri:

\* *colera corde*, clamans & sicut canem latrantem ab impetu reprimens, aut rursus quando concupiscentiam lascivientem anima delectationes hæc quæ ex corporibus pullulant, conatur detinere, petulantiam illorum meliorata temperamenti. In talibus enim omnibus operationibus manifestat utique omnes irrationales motus reprehendens cognitivos & appetitivos, & absolvens seipsam ab iis tanquam alienis entibus. Oportet autem uniuscujusque naturam venari non ab iis quæ perverse ipsa utuntur, sed ab iis quæ secundum naturam operantur. Si igitur quando in nobis ratio ut ratio movetur, umbrosam impressionem delectationum concupiscentiæ coërcet, punnit furoris præcipitem motum, reprehendit sensum tanquam de-

O o o

ceptio-

\* ἡλῆθι φίλη κραδίη.

ceptione plenum, dicens quod neque audimus circum nihil, neque videmus: & hæc loquitur respiciens ad intrinsecas rationes, quarum nullam per corpus novit aut per corporeas cognitiones: manifestum quod secundum hanc operationem elongat seipsam evidenter a sensibus, contra quorum sententias & a delectationibus illis & tristitiis sequestratur.

XII. Post hanc autem video alterum & meliorem ea quæ in nobis rationali anima motum, quiescentibus jam inferioribus, & nullo tumultum, veluti in multis consuevit, exhibentibus, secundum quam conversa est ad seipsam, & videt sui ipsius substantiam & virtutes quæ in ipsa, & harmonicas rationes ex quibus consistit, & multas vitas quarum est complementum, & reinvenit seipsam entem mundum rationalem, imaginem quidem eorum quæ ante ipsam, a quibus egressa est: exemplar autem eorum quæ post ipsam, quibus superstat. Ad hanc enim operationem animæ & Arithmetica, & amice, & Geometriam vestræ artis matrem, multam habere partem ajunt quæ a sensibus quidem ipsam elongant, purgant autem intellectum a circumfusis speciebus vitæ irrationabilibus, traducunt autem ad incorpoream specierum comprehensionem, velut sacrorum sanctissimorum antea circumlustrationes futuris Mysticis præterdentes. Etenim considera qualiter ex intellectualibus operationibus scientiæ prælocatæ purgativam quam diximus fortiter sunt virtutem. Si enim assumebant quidem animam idolis repletam, & nihil subtile cognoscentem & sine materiali garrulitate, elucidant autem rationes necessitatem demonstrationum irrefragabilem habentes, & species omni certitudine & immaterialitate plenas, & nullatenus eam quæ in sensibilibus grossitiem advocantes: quomodo non purgativa quidem sunt intellectualis nostræ vitæ a replentibus nos *avia*, id est intellectualitate, inapplicabiles autem ad Divinam entium circumscriptiorem.

XIII. Post has ambas operationes rationalis, ut dictum est, hujus animæ, ad ipsam jam summam recurrens ipsius intelligentiam, per quam videt quidem sorores ipsius in Mundo animas, Cælumque & totam generationem secundum Patris voluntatem fortitas, quarum & ipsa pars quædam ens, illarum speculationem desiderat. Videt autem supra omnes animas, intellectuales substantias & ordines. Supra omnem enim animam residet intellectus DEi formis, qui & animæ dat

dat intellectualem habitum. Videt autem rursus & ante hæc eas quæ supra intellectum Deorum ipsorum, *μοναδας*, a quibus intellectuales multitudines suscipiunt uniones. Oportet enim supra unita locari unificas causas, sicut supra vivificatas, vivificantes; & supra intellectuales factas, intellectualificas; & supra omnia similiter participantia, imparticipabiles hypostases. Secundum omnes enim has sursum ductivas intelligentias palam æstimo facere non penitus cæcis, quomodo & sensum relinquens deorsum & corpora, intellectualibus circumspectionibus sursum deducitur circa supermundanorum Deorum & deflexas & vere mysticas *επιβολάς*, id est adjectiones. Aut unde nobis & ex qualibus operationibus elucidarunt Deorum *εργασίαι*, id est progeniti dispensationes Deorum occultas? Qualiter autem *ειδυσιαζεν*, id est indivinare dicuntur animæ, & sobrietate meliorem Maniam sumentes coaptari Diis ipsis. Sibyllam dico eam, quæ post partum mox prolocuta est mira, & audivisse præsentis quæ sit, & ex quali ordine venit in eum qui circa terram locum, & si qua etiam alia anima sic fuit divinæ partis.

XIV. Summatim igitur dicamus, quod rationalis anima & intellectualis secundum naturam qualiter cumque mota, sit extra corpora & sensus: quare necessarium ipsi, & substantiam habere separabilem ab ambobus: hoc autem rursus manifesto ex se jam evidens, quod secundum naturam quidem operans melior est quam ut a Fato ducatur, decidens autem in sensum, & irrationalata, & corporizata, assequitur iis quæ deorsum, & convivens cum ipsis quantum cum vicinis non sobriis, obtinetur & ab aliorum regnante causa. Etenim rursus oportebat aliquod etiam tale esse entium genus, secundum substantiam quidem supra fatum ens, secundum habitudinem autem sub ipso aliquando ordinatum. Si enim sunt quidem quæ tota æterna supra fatales leges locata sunt, sunt autem quæ secundum omnem sui ipsorum vitam ordinata sunt sub periodis fati: oportet ubique & intermediam horum esse naturam eorum, quæ quandoque quidem extra fatalem factionem, quandoque autem sub ipsa perseverantiam. Nam processus entium nihil relinquunt vacuum, multo magis quam corporum situs. Sed extremorum sunt ubique mediationes, quæ & illis exhibent colligationem ad invicem. Ista non Plato solus, sed & \* responsa plane nobis relevavit. Primum quidem iussa di-

000 2

vinis

\* Oracula Chaldaica, supra cap. 7.

vinis illis qui dignificati fuerunt fieri auditores mysticorum illorum sermonum, non natura inspicias fatatum nomen hujus. Et iterum: neque conageas fato cuius finis. Et ubique ab ea quæ secundum fatum vitæ avertentia, & ab eo quod est *corporalizare fatalibus gregibus*, per quæ a sensibus nos abducunt, & a desideris materialibus: per hæc enim corporizamur, & corporati ex necessitate a Fato ducimur. Captæ enim similitudo entis ad invicem ubique, assimilatum autem cuiuscunque assimilatum est, eadem cum hoc fruitur politia, quare & præfide politiz; nihil enim sine præfide neque principatus est in universo, sive totorum dicas, sive partium. Principantur autem alia ab aliis, etenim hæc quidem aliter vivunt, hæc autem aliter. Deinde de divinissima nostra vita docentia \* & de immaculata politia, qualiter jam ab omni fatali politia absolvantur. Quicunque autem pacis opera intelligentes reverendi fient, sortis fatalem alam † effugiunt.

XV. Hanc igitur & talem præjaciens vitam animas non est eorum quæ ducuntur a Fato. Si autem velit corpora plasmare, & corporalibus bonis vocatis intendat, & honores prosequatur & potentatus & divitias, idem patitur vinculari Philosopho & in navem ingresso, etenim iste servit moventibus navem ventis, & si conculcet aliquis nautarum ipsum, & injurietur aliquis vinculantium. Valere igitur dicentes iis ad quæ alligamur, & virtutis valorem speculabimur, & Fatum non in nos aliquid operans, sed in ea quæ circa nos. Quoniam & quicunque extrinsecus attingentia concidere \*\* nobis valet, civitatem muris spoliavit & lapidibus o amice, & ligna in flammam redegit, mortalia omnia & ustibilia, & pecunias dissipavit, extrinsecus entia, & propter hoc apud alios fore potentia. Eorum autem quæ in nobis, nullus ita est potens, ut auferat aliquid, etiam omnem habeat humanam potestatem. Etenim si temperati sumus, illis insidentibus fumus: & si speculatores entium, neque hoc habitu spoliatur; sed factis omnimode diris illis ut dicis effectibus laudantes perseveramus, omnium principantes & quærentes causas factorum.

XVI. Nequaquam igitur ab ultimis operationibus exprobrems animæ necessitatem, sed a primis admiremur ipsius virtutem

\* Illa de quibus jam dixit, oracula † an alam.

\*\* Hoc loco MS. erat hiulcum, quod utcumque sensum odorans supplevi.

insuperabilem: & si sic sapienter, nihil nos turbabit deorsum patientium, sed quando corpore turbato & nos diu aliqua sustinere dicimus, non nos sumus qui dicimus, sed est concupiscentiæ verbum. Hujus enim & delectationes corporis, quare & tristitiæ. Et quando spoliati pecuniis dolemus, aut non obtinentes, etenim res amativum pecuniæ, hoc animæ est: & rursus quando vituperati & a potentatu decedentes indignamur, non est ejus quæ sursum animæ passio, sed ejus quæ circa cor, deorsum habitantis. Etenim res amativum honoris, illius est: quæ autem in nobis ratio in omnibus talibus decepta sequitur & simul conturbatur deterioribus, intellectus ens cæcus & nondum purgatus illud, quo potest aspicere se ipsum & quæ ante ipsum & quæ post ipsum. Purus autem factus ab iis quibus amictus fuit quando decidit, cognoscet utique quod in ipso, quomodo neque in corporeis, (post ipsum enim) neque in illis in quibus divini libertas arbitrii, (ante ipsum enim) sed in vivere secundum virtutem. Hæc enim libera solum & infervilis, & libertate decens & potestas ut vere animæ, & potestans qui hanc habet. Potestatis enim omnis opus res habens ipsam continere & salvare.

XVII. Si autem quis in malitiam respicit, animæ in debilitatem respicit, et si habeat omnem aliam potentiam. Alia enim organorum potentia, & alia eorum quæ debent uti organis. Omnis igitur anima secundum quod virtute participat, & quod est liberam esse: secundum quod autem malitia & debilitate & eo quod est servire aliis & non fato solum, sed omnibus ut est dicere, volentibus appetibile aut dare, aut auferre potentibus. Quoniam & qui virtutem habet servit iis qui desiderabile ipsi acquirere & coangere solis sufficientibus entibus, isti autem sunt Dei, apud quos ut vere virtus est, & a qua quæ in nobis. Et alicubi etiam Plato voluntarium servitutem hanc maximam ait esse libertatem: omnem enim potestatem omnium habentibus servientes, assimilamur ad ipsos, ita ut & totum Mundum dispensemus, ut ait ille. Perfecta enim ens & superalata superelevatur, & totum Mundum dispensat. Hoc quidem igitur divinis existit nostrarum animarum, sicut ultimis, veluti in carcere illigatis esse & vivere involuntaria vita pro voluntaria libera: intermediis autem harum, secundum quod absolvuntur a passionibus & corporibus superascendere necessitati ad potentivantem generationis vitam.

XVIII. Etenim rursus, si ante animam quidem est *οὐρανός* sive intellectus & DEus, post animam autem passiones & corpora: & his quidem coacte agere convenit, intellectui autem & DEo modo meliori omni necessitate, & quod solummodo liberum: necesse igitur animam aut apud illos aut apud istos factam, aut necessitatem subintrare deteriorum, aut libertatem praeferri meliorum, & servare quidem aut desuper principatam, aut desuptus. Servientem autem aut comprincipari principantibus sibi, aut conservare servientibus solum. Hic itaque ascendens anima resumens ipsius potentiam, scilicet virtutem, nihil durum aestimabit etsi quodcunque fiat circa corpus & quae extra corpus. Non enim passiones organorum ad se transseunt, sed & iis qualitercunque habentibus operabitur quodlibet secundum virtutem, languente quidem si contingat corpore virtutem agens, sano autem temperante: & paupertate quidem praesertim *λοφώδης*, id est magnificenter operans, divitiis autem magnificenter ubique autem ex iis quae videntur affluere praextollens usurariam mentem, & contrariis oppositiones facientem infervilem, & in se fugit eas quae de foris plagas melioratus. Non enim aestimet quod solis vobis \* admittitur dicere, data virtute datam movere gravitatem, hoc itaque multum divulgatum, sed multo magis illi qui secundum Virtutem vivunt: datam ex omni virtute alia virtute, quae ut vere, ornare. Et qui quidem sic habet, generosus est & liber, malus autem omnium est servus, etsi principatur omnibus: similis iis qui in Aegypto puniuntur, quibus larvas ridentes circumponentes puniunt; & iis necessitas praevalet non tenentibus se ipsos. Elongatis enim ipsis a Diis, tanquam gratis utitur universum.

XIX. Quando igitur videre volueris *τὸ* in nobis, vide animam secundum naturam viventem. Vivit autem secundum naturam quae non debilis. Nihil enim debile in eo quod secundum naturam. Non est autem debilis, quae non malitia repleta; debile enim malum in omnibus. Et, si sic respicias, videbis naturam ejus quod in nobis qualis quaedam est, utentem omnibus circumstantibus recte, & aut prohibentem fieri, aut factas passiones deteriorum curantem, tradentem autem fato agere in ea quae post ipsum, quorum est dominus, coordinatam autem iis quae ante ipsam, a quibus melioribus entibus non abscissa est. Talia & de secunda discussione a nobis dicta sunt.

XX. Ad

\* Mechanicis

XX. Ad tertium autem consequenter accedentes dicamus qui sunt & quales modi cognitionum, quos indistinctos sinentes latebimus nos ipsos errantes & circa res & circa divini Platonis institutiones. Sive igitur aliam quidem intelligemus cognitionem ex ab Aristotele divulgatis, & a Platone etiam quæ sine causa solam cognoscensentem ipsius quia veritatem: quoniam incipientibus purgari animabus attribuere primam constituerunt opinionem ipsam notantes. Iis quidem qui erudiuntur circa agibilia, absolutis jam ab humanis cuncta entia tractantibus. Etenim *παιδεία*, id est eruditio est purgatio immensurationis passionum: & multo magis ad impossibilitatem a mediocritate passionum via, non adhuc ratione volente composita quidem sed mediocriter, omnem autem funem passionum exente.

XXI. Hac autem tanta ente, alteram ad sursum tradiderunt nobis ex eodem Gymnasio. Ajunt eam quæ ex principiis quidem procedentem, ut suppositionibus cognitionem & causas cognoscensentem, omnia autem necessaria concludentem: qualem utique & Arithmetica & Geometria invenit quæ ab illis ratio, quia quidem & syllogizantur, & ex necessariis concludunt, opinativa solum cognitione supra locatas. Quia autem usque ad sua principia stantes hominum causas superius gaudere sinunt non multum tractantes, propter hæc itaque a perfectissima cognitione deficientes se ipsas ostendentes. *Geometra enim*, ait, *sermo non eris ad interimentem principia*. Quare hoc quidem erit & in iis planum, quod a principiis illis confessis: quod autem circa ipsa principia, obscurum & ignotum dimissum.

XXII. Tertium igitur superius ascendentes dic me dicere humanæ animæ cognitionem usque ad unum ascendentem & usque ad insuppositum per omnes, ut est dicere, species, has quidem dividensentem, has autem resolventem, ex unoque multa facientem & e multis unum. Hanc quam *θρυγκόν* quidem Mathematicum determinat: \* qui in Politia Socrates, qui autem in Epinomide Xenus † colligationem ipsorum notat. Ab hac enim & Geometrix & unusquisque aliorum scientiarum sumunt de suis principiis theoriam, multa principia & divisa ex uno omnium principiorum rejuagentem. Quod enim in omnibus estentibus illud, hoc in Geometria quidem punctum, in Arithmetica

\* Plato VII. de Rep. *ἀρ' ἔν δοκέει τοι ἕταρ θρυγκόν τοῖς μαθηματικῶν ἢ διαλογικῶν ἢ μὲν ἐπαιῶ κείου.* †. Hæc spes qui apud Platonem loquens indicatur.

metica autem mones, & in singulis quod simplicissimum: a quo producentes quæ sub ipsis singulæ scientiarum demonstrant. Sed horum quidem unumquodque dicitur quoddam principium, & est Omnium enim entium principium simpliciter est principium, & usq; ad illud ascensus summe scientiarum.

XXIII. Quartum autem adhuc tibi & hac simpliciorum intelligendum nostram cognitionem, quoniam non adhuc methodis utentem & resolutionibus aut compositionibus aut definitionibus, aut demonstrationibus: sed *ἑπιβολαίς*, id est adjectionibus simplicibus & velut avtropicis & per se visivis entia specularum cohaudent qui secundum ipsam operari possunt, intellectum jam & non scientiam ipsam venerantur, dicentes. Aut non audisti Aristotelem quidem in demonstrativis libris sic aliquantulum dicentem, quod melior omni substantia intellectus in nobis, & quis iste sit determinantem, *quo terminos*, \* inquit, *γνωσκίμους*. Platonem autem in *Timæa*, intellectum & scientiam circa entia, cognitiones esse animæ, pronunciantem. Etenim videtur scientia quidem esse animæ, secundum quod est anima cognitio: intellectus autem, secundum quod anima est imago ejus, qui ut vere intellectus, etenim ille videns intellectualia, magis autem ens una, inquit, *ἑπιβολή*, id est iniectione vel intuitu & tactu intellectuum seipsumque intelligentem & illa in seipso entia conspicit, propter quod & intelligit quæ est, & quod intelligens est simul intelligit cognoscens & seipsum quis est. Hunc igitur imitans secundum quod potest anima, fit & ipsa intellectus, scientiam supercurrens & relinquens multas methodos, in quibus prius decoratur, & oculum solum erigens ad entia, contingentia quidem & ipsa intelligens, sicut & intellectus, contingens autem alias aliisque omnia ille simul, *banc enim fatalem connexuit, ait, omnium pater,*

XXIV. Quintam etiam post has omnes cognitiones intelligentiam volo te accipere, qui credidisti Aristoteli quidem usque ad intellectualem operationem sursum ducenti, ultra hanc autem nihil insinuanti. Assequentem autem Platoni, & ante Platonem Theologis, qui consueverunt nobis laudare cognitionem supra intellectum, & *μακίαν* ut vere hanc divinam divulgent: ipsum ajunt imum animæ, non adhuc hoc intellectualem excitantem & hoc cooptantem uni. Omnia enim simili cognoscuntur, sensibile sensu, scibile scien-

\* *ἑπιβολαίς definitiones.*



scientia, intelligibile intellectu, unum uniali. Intelligens quidem etiam anima & seipsam cognoscit & quæcunque intelligit contingentia, sicut diximus. Superintelligens autem & seipsam & illa ignorat, quo adjacens τὸ unum, quietem amat, clausa cognitionibus muta facta & silens intrinsecus silentio. Etenim quomodo utique adjacet indicibilissimo omnium, aliter quam soporans quæ in ipsa garrula materia. Fiat igitur unum ut videat τὸ unum, magis autem ut non videat τὸ unum. Videns enim, intellectualem videbit, & non supra intellectum, & quoddam unum intelliget, & non τὸ av-tounum. Hanc, o amice, divinisimam entis operationem animæ aliquis operans, soli credens sibi ipsi, scilicet fori intellectus, & quietans seipsum non ab exterioribus motibus sed ab interioribus, DEUS factus, ut animæ passibile, cognosceret solummodo qualiter Dii omnia indicibiliter cognoscunt singuli secundum τὸ unum quod sui ipsorum. Donec autem circa ea quæ deorsum volvitur, incredulitatis habemus circa hæc, scilicet omnia divino cognoscente impartibiliter & superæternaliter: esse quidem æternaliter entia, fieri autem temporaliter quæ sunt, neque tempore neque æterno ente in τὸ uno. Tot quidem sunt cognitionum species apud nos, ad quas utique respicientes, possibile solvere & quæcunque de eo quod est solvere animam hic veritatem, & de non scire.

XXV. Quoniam autem tres fecimus discussiones, quas necessarias dicebamus esse ad quæstionum dearticulationem, ad ipsas jam transibimus dubitationes. & secundum unamquamque ipsarum consequentes apponam solutiones. Primo igitur scribis tanquam sufficiens argumentum ejus quod τὸ in nobis sit frivolum, sed opera est cælestium partium sola, ad singula eorum quæ sunt factionem; hoc quod & nos homines, in quibuscunque dirigimus, \* nos ipsos causamus eventum: in quibus autem infortunamur, ad illam causam, scilicet necessitatem transferimus pro electione. Et hæc dubitans putas obtinere eum qui de Fato communem conceptum, tanquam ente & principali enti in agibilibus quam nostri impetus. Et neque ego ipse video homines aliter aliquam habentes, quam imputantes sibi ipsis directionis causam, peccatorum autem aliis. Sed in hæc differimus, quod tu quidem multorum opinionem sufficere

P p p

æsti.

\* Κατὰ ὄψιν, prospere successu gaudemus.  
Libri V. Pars 4.

æstimas ad id quod de rebus indicium : ego autem illos quidem sic ratiocinari propter quandam *Φιλαυρίαν*, id est amorem sui malum & inconvenientem æstimo. Inter autem sapientes quibus competit ad totum & partes respicere, quem habent ad illa ordinem non negligere, omnium eorum quæ sunt, principaliter quidem causare DEUM, a quo bonum advenit omnibus : post illum autem, Mundi periodum & tempus in quo quæ sunt coaptantur totis & coordinantur, nullo super adventitio ente ad totorum politiam : tertio autem seipsum in quibuscunque præeligenes fortiuntur & sui ipsorum impetibus cooperantur ad rerum expletionem.

XXVI. Quando autem aliquid evenit præter ipsorum electionem, tunc tota sola & illorum factionem ut vincentem causantes merito, partialia quidem enim ubique cum totis necessarium operari, tota autem & sine illis & quod isto modo qui intellectum habent dividunt factiones, sed non ut tu ipsa divisisti. Audi Platōem in Legibus clamantem, quod Deus quidem omnia & post DEUM fortuna & tempus humana omnia gubernant : Nostrum autem ab iis tertium dicere consequi artem, in tempore enim hyemis \* cooperari utique aliquid & gubernativam, & sanationis medicativam, & totaliter agibilem politicam. Sive igitur dirigamus, Fatum, tempus & DEUM causandum, ut quod sit tres causas habeat : hanc quidem ipsum facientem bonum, hunc autem ordinatum in unam ad omne homologiam, aliam autem humanam totaliter. Etenim omne humanum opus pars est universi, non e contrario autem, quia & aliis animalibus necesse partibus entibus, Omnis & facere, sed & pati : omnis quidem hujus mundialis consistentiæ & dramatis, id est operis, pars finem habet bonum : nulla enim inordinata relinquitur partium sed contextitur ad τὸ bene Universi, non e converso autem omne quod bono sortitur, cum mundiali politia coordinatur. Est enim & supra Mundum Vita, & Vita Deorum & Animarum supra Fatum excedentium & Providentiæ soli consequentium.

XXVII. Ubi igitur hic τὸ in nobis ? quando quid sit, connectitur cum periodo mundi : & rursus quando ex illa sola efficitur, Ubi autem alibi dicemus, quam in nostris interioribus electionibus & imperibus ? horum enim solorum nos Domini : iis autem quæ extra factis, cum aliis & pluribus & potentioribus. Oportet enim quod!

extra

\* *Χεφαλαίων* procellæ.

extra generabitur parte fieri Univerſi ut & generetur: hoc au em coannuente & cooperante univerſo ut in ſe iplum faciat omne, parte ſui ipſius agens in aliud & ab alio patiens. Et propter hoc ergo & in iis quæ ſunt hos quidem laudamus, hos autem vituperamus, tanquam utique & ipſos propter electionem dominos factos, & qualia quædam utique ſint quæ ſunt, talem non Mundum ſed agentem dicimus. Non enim habentia a Mundo quod in ipſis quale, ſed ab agentis vita. Coordinatur autem ad Omne propter Omne, & eſt tale iterum propter partem. Et quod hæc vera ſcribimus, manifeſtabunt tibi & reſponſa, ſæpe victoriam dantia & noſtris electionibus, & non ſoli ordini mundialium periodorum: puta quando & dicunt: *Te ipſum videns, verere.* Et iterum: *Cognoſce te ipſum.* Jam inſiſtit & in aliis: *Extra corpus eſſe te ipſum crede, & es.* Et quid oportet dicere, ubi & ægritudines voluntarias pullulare nobis ajunt ex tali vita noſtra naſcentes.

XXVIII. Non ergo oportet quæ ſunt omnia remittere ad ſolum ordinem Univerſi, ſicut neque ad noſtrum impetum: neque ſurium ſequeſtrare animam a dominis electionum, in hoc ipſo eſſe habentem ſcilicet in præeligere ſolum, & hæc quidem declinare, iis autem accurrere: quamvis in iis quæ ſunt non ſit Domina univerſi. Oportet enim unamquamque cauſam hoc ſolum expetere, in quo apta nata eſt. Natum eſt autem rō in nobis non eſſe activum ſolum, ſed & electivum ſecundum ſe: aut eligens agere cum aliis & peccare ipſum dicimus & dirigere propter electionem. Quoniam eſt actum bonum ſit & agens ex electione mala operetur, malam dicimus actionem. Nam quod quidem in actō bonum, propter aliud: quod autem pravum, propter eligens. Sic ergo evidens eſt omnibus, nos actionum ſecundum quod ſunt eligibiles, dominos exiſtere.

XXIX. Poſt hanc autem quaſtionem dicis, quod omnes homines de futuro ſollicitamur in omnibus, etiam in iis quæ in nobis eſſe videntur. Et hic iterum ut alterum arguementum ſcribis ad hæc quod non ſimus domini alicujus nos, ſiquidem ignoramus quod eveniet. Manifeſtare autem hoc ſtudium noſtrum circa divinationes, etiam in quibus nos eligimus. Bene quidem igitur dicis, ut ſummam eſt dicere, quod ergo, ſi amatores divinationis omnes ſumus, nihil eſt in nobis? Ego autem convertens dicam ſermonem melior factus: quod ergo, ſi nihil eſt in nobis, ſed ex motu ſolo coacta ſunt

quæ sunt, non utique erimus amatores divinationis. Quæ enim in aliunde coactis opportunitas divinativæ, quorum & cognitio ut futurorum aut non futurorum? necessariis autem utrisque eventibus superflua. Nam necessarium, impossibilem non fieri, quamvis miles nos de ipso & præcipientes & consiliantes existamus. Si igitur non, frustra sollicitamur de futuro. Non frustra autem, siquidem hoc secundum naturam nobis: (Nihil enim eorum quæ secundum Naturam, frustra) oportet utique non omnia a circulatione ligantes cogere, sed aliquid & præcognitionem nobis proficuum poni, & vitas nostras non ut præcognoscentes patiamur solum, sed ut per prænosse ad hoc, quod & ipsi aliquid cooperari futuris, aut non cooperari, simus promptiores ad hæc. Aut & non divinationes soluta, sed & orationes & sacrorum negotium omne ajunt conferre: aut & hæc unguento ungentes & coronantes expellemus & circumscribemus, & neque sursum tendere manus, neque servire dabimus ad potentes suspendere cœlestes influxus. Frustra etiam omnino homines DEam semper invocare in quibuscunque difficilibus speraverunt, & ipsam Apollo frustra responsa dare, quia facientibus quidem hæc, fugere existet eas quæ a cœlestibus periodis appensas pœnas, non facientibus autem inefficax occurrere dirum.

XXX. Et quidem si non in ipsis esset facere & non, quomodo non & dividi ista & sequentia responsis dare electionibus penitus inconveniens? Sed neque de DEo hoc proclamaremus, neque divinativæ & sacerdotalis utilitatem ex humanis vitis describeremus; quoniam & historias omnes barbaricasque & Græcas habes contestificantes, quod propter divinativam sive ex divina inspiratione, sive ex humana arte multi utique sæpe cognoverunt quæ oportebat agere, & cognoscentes inexcusabilium malorum in fututum liberi extiterunt, quas relegere tibi promptum. Illud determino decens ad præsentem speculationem, quando & divinativam hanc multum divulgatam, & eam quæ sacrorum habere locum dicimus, ad fieri aliquid & non, & quando obtineri iis quæ ex universo delatis generationibus: Tanquam ergo, quando quidem quæ in omni omnia, divinæque & dæmoniales causæ concurrunt ad unum, & veluti idem loquuntur, tunc & sacrificii opera inefficacia videntur: oppugnare enim toti partem & contraria ferre impossibile: & præcognitio nihil apponit aut aufert divinatorum. Quando autem multis entibus talibus hæc quidem  
ali-

aliquid aliud ferunt, hæc autem aliud; puta hæc quidem corruptio-  
nem, hæc autem saluationem ægrotantium, qualia utique secundum  
unamquamque historiam est dicere in factionibus cœlestium in nos,  
tunc & sacra talis adducta solvit eos qui a lædentibus defluunt iis quæ  
à proficientibus nobis, utens cooperativis virtutibus. Et futuri  
consideratio magnam habet partem in effectibus, & totaliter hic rō  
in nobis aut iis causis, aut aliis coordinatum, sicut in verberibus su-  
peractum sui ipsius motu exhibet aliquando quidem alium, aliquan-  
do autem alium finem. Et hoc scito de iis quæ extra fiunt. Ubique  
autem rursus illud præexistere dico, scilicet qualem impetum & ele-  
ctionem characterizare rō in nobis, & esse hoc animæ opus in ipsa  
manens, inecferibile in Universum. Iis igitur consequenter, ut mi-  
hi viderur, ipse gubernat omnia animalia & nos & alia secundum  
submisionem habere vitam ab aëre datam & a prima latione, in  
cerebri quidem parte rationalem, in sensoriiis autem eandem hanc  
innascentem circa alia & alia sensibilia, vocatam sensum, visum au-  
tem, auditum aut aliquem reliquorum tanquam subjectis differen-  
tem, unum autem & differentem secundum se entem.

XXXI. Hæc autem audiens te ordinantem, mirum existi-  
mavi si Philosphiz amator & intellectualium speculationum, & quid  
dico intellectualium, sed & expertus earum quæ secundum eruditionem  
viarum. & Geometriz & Arithmeticz inventionum, dein tantum  
attribuisti sensibus, ut rationalis nostræ substantiæ & intellectu-  
alis, non idola hujus debilia, & per debilia organa vix tangentia co-  
gnoscibilia dicas: sed ipsam illam secundum subdescensionem factos  
aliquali sola organorum diversitate distinctos ab invicem & ab illa.  
Et quidem aut alicubi & prius ostendimus, sensu quidem omni inse-  
parabili a corporibus ente, & ad seipsum converti impotente, ratio-  
nali autem illa & intellectuali vita se ipsamque cognoscere apta nata,  
& propter sui ipsius cognitionem ad seipsam convertere: quia &  
omne cognitivum secundum operationem conversum est ad cogno-  
scibile, quare & quod sui ipsius ad seipsum. Qualem igitur vides in-  
tellectualis animæ & sensitivæ identitatem, ejus quæ deorsum respi-  
cir, ad eam quæ sursum tendit? In totorum principia conspulta in  
corporibus, ad eam quæ pura est a corporibus, in iis quæ secundum  
naturam operationibus, ejus quæ nusquam veritatem cognoscere  
potest, ad eam quæ semper intendit ad Ens?

XXXII. Si autem non frustra, neque in alio aliquo qui secundum Naturam appetitus & sortientem quandoque veritate, sino dicere quod & substantiam Divinæ animæ ab æthere defluere inconueniens, si oportet impossibile inconueniens dicere. Quæ quidem enim ab ætheris animæ, corpoream generationum sortitæ sunt: animam autem demonstrat & Atheniensium xenus corporibus omnibus entem seniore. Si autem utique non corpus ætherem intelligis, sed intellectum æthereum, aut animam intellectualem æthera circumducentem; neque sic mihi videris verissimam causam inuenisse animæ. Alius enim fons animarum a quo & ætheris animæ, & quæ eorum quæ sub Luna elementorum, & dæmonis animæ, & nos: & ad illam oportet respicere quam Plato quidem occultans veritatem, craterem appellare mihi videtur, & Conditorum non ex æthere, sed ante corpora ibi alicubi tradit & commiscentem animam, uti ait Timæus, *Et eam que Omnis animam commiscens miscuit.* Qui autem a DEO traditi sermones fontem, per se laudant omnis animæ empyrias, id est empyrialis, ætherealis, materialis: & hunc sejungunt ex tota Zoogonothea, id est specula, a qua & totum fatum suspendentes, duas faciunt *σείρας* id est ordines, hanc quidem animalem, hanc autem, ut diximus, *μυρταίαν*, id est sortialem, fatalem. Et animam ex altera trahentes, quandoque autem fato servire, quando irrationalis facta Dominum permutaverit, pro Providentia Fatum.

XXXIII. Quod autem, sicut dixi, neque Geometriæ & Arithmeticæ non quod intellectualem operationem dignam pronunciamus nostram animam sensibus ipsam coordinans, addisces utique considerans quod hoc primum opus est scientiarum harum, cessare ab anima eam quæ cum sensibus operationem, & abducere ex iis, ut possibile, & assuefacere intus videre, & rationes videre immateriales, & demonstrationes inquirere contrariantes sensibus: ii quidem enim recusant impartibilitatem, hæc autem ab impartibilibus esse existentiam partibilibus ait & principia, iis quidem partibilia, iis autem impartibilia. Et sensus quidem, quæ aliquid & singularia cognoscere reputant: ex autem universalialia, & quorum eadem natura semper, quam non a sensibilibus acceperunt. Non enim sunt quæ imperfecta perfectorum causa, sed de super ab intellectu, propter quod & iudicant sensus, & exprobrant ipsis grossitiam cognitionis, eas quæ cum

\* Τὴν Ἐ Παντὸς ψυχῆς.

cum passionibus perceptiones cognoscibilium indeterminabiles a sensibus motus.

XXXIV. Etenim sunt entes ludicræ cognitiones, quæ sensuum cognitiones: quæ autem illarum jam studiosæ & assuetiæ, a ludicris quidem absolvi, venari autem Entis cognitionem prodicra. Hanc quidem igitur vitam & fatalem esse & pati alias aliam cum corporibus in quibus consistit quod a fato necessarium. Omnis enim species a materia separabilis, inde & abgeneratur & continetur: conversa enim ipsa ad se ipsam non contingit dicere, quod aliud quidem est quod extrinsecus ipsi advenit, aliud autem τὸ Verum; dicit autem illud solum, quod passionem nunciavit, propter quod & ab altero mobilium est operationem non habens ab altero mobilium puram: sed intellectualem quidem secundum ipsius naturam, non tolerantem autem violentis passionibus sensus assequi, in se ipsa autem iudicatoria continentem de foris fallacium motuum, & apponentem quidem τὸ deficiens quibus sensus patitur, arguentem autem ipsorum mendacium, & hæc de proprio agentem. Non enim ab iis quæ sensus est \* iudicare sensum, sed ab intellectualibus rationibus, quas non potest suscipere sensus cognitio. Ex contrario itaque sensui ponendum immaterialem & separabilem & inseparativum: & huic quidem & electionem dandum inclinationis ad utraque sursum & deorsum; ad intellectum a quo genita est, & ad sensum quem genuit. Sensui autem & omnibus simul incorporatis vitis quod sine electione, quia & corporibus Media enim rationalis anima intellectus & sensus ens, fertur quidem ab ambo propter instabilem electionis inclinationem, fit autem secundum habitudinem utrumque extremorum quorum secundum substantiam neutrum est: manifestat autem ipsius medium & quæ ab intellectu perfectio, & quæ a sensu deceptio. Dogma quidem igitur talem habet directionem, ut mihi videtur.

XXXV. Ad eam autem quæ de bono opinionem, quam intermedie sermonum projecisti, quod quidem singulis delectabile, dicens, bonum; hoc autem esse potitione, obtrifere enim alia legalia apud alios. Verecundarer utique in me ipsum, si non manifeste ad virum amicum scriberem, quod videtur, tanquam utique & electioni meæ indignum sit, ut æstimo, opinio de iis, & ætati quam habens

\*Sunt, α. τῆς αἰσθητικῆς ἐστῆς.

habense existo. Juveni enim quidem Viro talem fieri opinionem, nihil mihi videtur mirum ad opiniones hominum in pluribus juventute aspiciente; intellectum autem senilem prudenter statuente intellectualis prudentis iudicii conceptus convenire existimo, & non quoscunque multorum famæ & illibratæ lationes peritrepunt. Nunc igitur, quoniam Persis quidem alia & delectabilia & legalia delectabilibus illis congrua, Græcis autem alia de eisdem iis videntur, & aliis alia: propter hæc ad aliquod bonum, & hoc sicut & delectabile phantasiatur aliud aliis. Solum enim utique hoc entium natura ut dicitur esse & est. Et quicumque quidem ipso natura singulis ente bono sortitur, finem utique habebit homini convenientem: quicumque autem ab illo peccat, etsi millies delectetur in presentibus sibi & apparentibus bonis, imperfectum talis delectationis fructum metit.

XXXVI. Sed erat ut videtur verum, uno inconvenienti dato alia accidere, quod utique & ipse pati mihi videris. Fatum enim præstituens animæ, coordinasti ipsam irrationalibus sensibus: iis autem conductis in idem, debili commiscuisti bonum. Oportet autem & priora & hoc ab anima ejicere, ut non lateamus nihil differens dantes hominibus aut brutis animalibus, quorum vita quidem inconvertibilis ad seipsam, curvatur autem in terram natura, passionibus autem materialibus commassata est cognitio. Et hæc etiam Platone adamantinis ut est dicere, explicante sermonibus. Quod ergo bonum non est, non est delectabile idem, neque si omnes boves hanc proferant sententiam. Non enim nos esse boum delatores sed Deorum, apud quos obrinet intellectus, & quod Entis bonum quod & ipso intellectu divinius est. Hæc & in Gorgia accepta, & in Philebo, & in Politia, superfluum existimo per hæc scripta rursus evidenter scripta fabulari.

XXXVII. Hoc autem apponam dictis, quod boni quidem investigationem non permiscendum delectabili, (non sic nos perulantia delectationis faciat desipere) humanorum autem & legalium & præparationum omnimodas diversitates referendum ad diversas animarum vitas rationales, iracundas, concupiscitivas, ab iis enim illæ pullulant; *non enim a quercu ajunt neque a petra.* \* Sed hos quidem multorum capitum bestia persuasit talia lege statuere qualia Persas, alios autem leoninum animæ in aliud transposuit qualia Thraces:  
alii

\* ἢ γὰρ ἀπὸ δρυός, Φησιν, ἢ δ' ἀπὸ πέτρας,



aliis autem prævalet ratio in legalibus & vere bonis. Et delectabile quidem omnibus commune. Omni enim delectabile præfens quod appetibile, bonum autem non omnibus, sed in quibus præfidet Ratio. Non enim vident passiones bonum, sed sola hæc. Et huic quidem delectabile & bonum idem, passionibus autem cæcis non dedit conditura, boni investigationem, sed delectabilis, unaquæque enim vitæ species inimpedite mota delectatur. Quare legalia quidem multa, & delectabilia omnimoda, & aliis alia: bonum autem apud illos solos, in quibus ratio prævalet passionibus. Non enim concupiscentiæ dandum principatum, ut non asinis idem patiamur. Neque furoribus, ut non leonibus: sed ei quod in nobis optimo, & quod solum sumus, aut secundum quod maxime sumus. Etenim omnibus ex pluribus entibus, deterioribus & melioribus secundum melius esse. Nam quod melius, conjecturat boni natura.

XXXVIII. Sed quæ post hæc scribis dubitans, videris utique mihi in multis locis audiens Socratem dicentem nihil scire, & dicentes omnia scire deridentem, & adhuc nos abscedentes hinc verum maxime cognoscere extendentem & certiores scientias neque ipsas scientias entes arguentem, dubitare ne forte neque totaliter sit cognoscere verum, sed solum somniare circa ipsum. Et quidem oportebat cointelligere, si non est cognoscere Verum, non magis si est res in nobis, nescimus, quam si non est: ignorantia enim amborum similiter positionem recusat. Quomodo igitur ad ostensionem ejus quod non in nobis, utimur ignorantia Veritatis? Ignorantis ad esse hoc & non esse eandem potentiam, magis autem impotentiam habente.

XXXIX. Sed ut nihil tale patiamur, nos prædivisimus cognitiones omnes: & quibus hinc anima participare potest, & quibus supremum lumens ordinem, quas has quidem habens Socrates, has autem sperans se habiturum absolutus à corpore, illuc ait perveniens scire Verum. Metra enim alia, & alia cognitionis entia exhibuerunt ipsi occasionem talis spei. Quoniam & hæc significatorum solitudine sunt Platonis amicus, si non solum purgative, sed & speculative possibile est vivere animam: circumferentem grossum hoc vinculum, & mediocriter, ut æstimo, discussione sortitus est sermo, quod forte

Q q q

spe-

speculari quidem & hic possibile, ut eum qui in Theetyto \* coryphæum de Cælo astronomizantem, & omnem entium naturam omniuaque percrutantem, & eos qui in Politeia phylacas usque ad Bonum per dialecticam illam ascendentes, quam *Ἐπιπύκτων* mathematicis instituit, speculativum autem rursus fieri perfecte impossibile, propter causas quas ipse in Phædone docet, corporis occupationes & molestaciones, non finentes sine impedimento & indistraetam in nobis fieri operationem illam. Vitz enim est τὸ speculativum, nomen operationis autem speculatio & Unius.

XL. Et etiam quando Mathematicas scientias hoc ipsum non permittit vocare scientias, non tanquam demonstrationum necessitatem ipsas habere negans dicit hæc aliquid, sed tanquam à suprema scientiarum deficientes determinat. Et cur enim non oportet dicere plane à Dialectica, quæ non adhuc punctum aut Monadem hanc, sed ipsum τὸ Bonum principium ponit, & omnium principia considerat. Unde ut xstimo, & mathematicis quidem in decisione lineæ secundam assignat partem, in materialibus autem omniuaque & separatis speciebus eam quæ ante has & cognitionem instituit, iis quidem eam quæ ex suppositione, iis autem quæ sine suppositione: hanc autem ergo & qui Epinomida composuit. Olim enim nobis hæc pigritia coëgit & indicium & sententiam colligationem vocavit Mathematicum, tanquam unientem illorum omnium principium.

XLI. Si autem utique & nihil scire Socrati promptum, & Pythii responsum propter hoc ipsum sapientissimum omnium protulit, ut ipse imponit responsum, considera profundum & DEi & Socratis, quomodo utique τὸ nihil scire solum dicit excellens bonum existere, sed non scientem & hoc scire quod non novit. Hoc quidem enim videtur esse przopere \*\* futuris sapientibus. Secundum veritatem autem in idem tendit sapientiz, & sapiens enter † est qui novit se ipsum enter non sapientem, & non ignorans quod non novit. Cujus enim alterius est nosse non scientem unumquemque quam cognoscentis? & scientem oportet enim utique & ipsum nosse perfecte quod non novit; si quidem non scientem se ipsum sciet: hoc enim ignorans, neque si novit ignorabit utique. Quare nullus utiq; se ipsum prius non scientem cognosceret perfecte, antequam scientem

\* Theetyto.

\*\* ἐπιπύκτων.

† ὄντως

cognoscat, tunc enim & quod novit simul, & quæ non novit sciet, & quod novit cognoscat & quod non novit, mediam habens notitiam & solummodo scientiam, & eorum qui non totaliter, quorum hoc quidem est intellectus, hoc autem sensus, hic quidem neque totaliter sciens Veritatem, quia neque substantiam novit, neque ipsam sensibilibium quorum esse fingitur cognitio: hic autem ipsam Entis substantiam immediate sciens, & ipsam Entis entem Veritatem.

**XLII.** Media autem horum ens anima & novit substantias entium, tanquam ante sensum ens, & non novit tanquam post intellectum ens. Sapiens ergo quis factus cognoscat & quod novit sciens, & quod non novit sciens, tantum amice Socrati & responso de ea quæ ut vere sapientia competens. Neque ergo propter Mathematicas scientias à prima scientia distinctas, neque propter spem ut vere cognitionis post separationem ab hinc, neque propter Pythii responsum, exterminare oportet eas quæ de scientia rationes. Plato enim est ipse qui clamat, quod utique interimentem scientiam de nullo neque de contingente adhuc affirmare possibile. Sed quam quidem scientiam sumet utique anima & cum corpore ens, & quam erepta à vinculo, & quas quidem cognitiones simul & non scientias esse ponet. Unam autem eam, quæ ut vere scientiam & intellectum scientia meliorem & intellectu divinificam intelligentiam, & hanc esse cognitionem quam anima phantasians & in hac vita accipere non potens desiderateum qui à corpore exitum, tanquam tibi sortitura supernaturali hac & divinali entium comprehensione. De iis quidem igitur satis.

**XLIII.** Consequenter autem iis quæ diximus dubitas, Cur utique boni quidem deterius agunt, peccantes à finibus quos præstituerunt; mali autem sortiuntur ea quæ appetunt? Tu quidem itaque & hoc existimas esse argumentum hujus, quod non sit *ratio* in nobis. Et quidem licet & aliis melioratis secundum dubitationem dicere, quod si ejus quod non sit *ratio* in nobis, est argumentum hoc, quod non secundum intellectum eveniunt bonis negotia; & ejus quod sit hæc quod secundum spem malorum ipsa fiunt, idem argumentum erit. Melius autem non oppugnativo sermone adjicere, sed ostendere tibi tantum, quod dubitationem hanc non ad interemptionem ejus quod in nobis, novi antiquos proponentes, sed ad inquisitionem Provi-

electivam vocaverunt, propter quam aliud præ alio nati sumus eligere. Et tunc utique ex divisione definitionem talem potentiz hujus. Quoniam omnis potentia aut rationalis est aut irrationalis, necesse & electionem in altero horum esse: non ens autem irrationalis, sine electione enim vivere illa omnes dicimus, rationalis utique aliqua erit potentia. Omnis autem rationalis potentia aut cognitiva est aut appetitiva, sicut & omnis irrationalis. Electio autem ipsius hoc quod dicitur electio ens & desiderium, appetitus aliquis utique erit. Omnis autem appetitus aut ad solum aspicit ut vere bonum, aut ad solum apparens bonum, aut ad ambo. Electionem autem neque ad solum vere bonum respicere dicimus, non enim utique unquam vituperaretur juste: neque ad solum apparens, non enim utique & laudaretur sæpe. Ad ambo ergo nata est talis potentia.

XLVIII. Est ergo, ut summatim dicatur, electio potentia rationalis appetitiva bonorum verorumque & apparentium, duobus ad ambo animam, propter quam ascendit & descendit, & per se dirigat. \* Hujus potentiz operationem videntes biviam in nova via caverunt ad ambo ipsius inclinationem. Quare erit utique electio ens &  $\tau\theta$  in nobis, idem. Et secundum hanc potentiam & à Divinis dispensamus & à mortalibus, utraq; enim sunt insusceptiva ejus quæ ad ambo inclinationis: hæc quidem in bonis veris solum modo locata, propter excellentiam; hæc autem in apparentibus, propter defectum. Quæ enim & hæc quidem intellectus characterizat, hæc autem sensus: hic quidem noster rex, hic autem nuncius: medii autem nos in electione fixi, & potentes quidem ad ambo moveri, ubicunque autem moveamur, à totis obtenti ex ea quæ secundum dignitatem sortientes: siquidem ad melius, ut intellectus: si autem ad deterius, ut sensus. Non ergo in omnium potestate & potentia  $\tau\theta$  in nobis: quæ enim omnibus potestativa, potentia Unialis est, & propter hoc omnium quia una & Boniformis. Quæ autem electiva, dualis, & propter hoc non omnium: quia iis quæ ad ambo inclinationibus minorata est ab ea quæ ante omnia est. Fieret autem utique & ipsum omnium, si non electivum impetum haberet, voluntas autem sic solum. Nam volita vita est secundum bonum, quæ &  $\tau\theta$  in nobis facit potentissimum, & Deiformis enter existit, propter quam & anima fit Deus, & totum mundum dispensat, ait Plato.

XLIX.

\* i. e. recte agit.

XLIX. Neque ergo primo τὸ in nobis, sicut neque ultimo venit, sed medio. Tu autem, ut videtur, potestatem exististi significare τὸ in nobis, omnium dominantem, ducentem omnia secundum suum impetum, obtinentem omnia quæ desiderat, non definiens potentiam in appetibilibus, quæ intra ipsas causas efficientibus talem eligentem animam; sed dans sibi & eorum non in nobis, potentiam. Quæ enim extra animam, non in nobis: propter quod & commixta vita nostra ex iis quæ non in nobis sunt, quæ in nobis. Et apud studiosos quidem multum τὸ in nobis: quoniam enim utuntur, etiam iis quæ non in nobis mensurare potentiam, & iis utentes, & velut in seipsis facientes semper præseors ornantes. Apud multos \* autem τὸ non in nobis: quoniam assequuntur enim iis quæ extra, non habentes intus vitam potentiam ipsis assimilare illa. Unde & ii quidem liberi dicuntur esse liberi propter operationem ejus quod in ipsis, & ejus quod non in ipsis. In servilem autem alii vociferantur necessitatem, conspicientes enim iis quæ non ipsis quod in ipsis, & omnia habentes non in

L. Super omnia colophonem dubiorum nobis apposuisti. Interrogans enim si novit DEus futurum apud nos, sive non novit? quidem non novit, nihil ipsum à nobis differre dicas, non scientiam neque ipsis. Si autem novit, fore penitus hoc quod novit, & necessitate. Hoc autem non τὸ in nobis perimit solum, ut uti videbitur, sed & omne quod dicitur contingens, & consuevit in hoc ponentibus non omnia coacta esse, & est, ut est dicere, illis dictum, & complicant quidem conjunctum omnes ita. Si autem DEus omne futurum, ex necessitate erit quod futurum. Sed quidem falsum esse ajunt, DEum determinate nosse omne, sed autem etiam ipsum indeterminari in fieri indeterminate, ut contingens. Alii autem determinatam cognitionem attribuentes DEO, admiserunt necessitatem in omnibus quæ fiunt. Periteticorum & Stoicorum hæresum sunt hæc dogmata. Plato autem & quicumque huic amicus, & DEum determinate scire futura, & contra secundum ipsorum naturam affirmant hæc quidem determinate, hæc autem indeterminate. Eorum enim quæ in effectis

divi-

τῶν πολλῶν, vocat vulgus, quibus οἱ σπυδαῖοι opponuntur,

divisim & subcontrarie invicem sunt, in Diis secundum melius solum est præceptis.

LI. Dico autem, puta genitorum aut incorporeorum entium aut corporum, incorporaliter sunt amborum causæ apud illos, & cognitio eodem modo incorporea. Et iterum intellectualium & non intellectualium entium, intellectualiter ambo apud DEos & secundum existentiam & secundum scientiam Cognoscunt enim & quæ non intellectualia, intellectualiter. Et rursus eorum quæ fiunt indein-temporalium aut temporalium, intemporalis locata est apud ipsos causaque & cognitio. Quare quoniam & determinata & indeterminata quædam sunt, secundum melius amborum, determinatam præcognitionem horum amborum præceperunt Adhuc autem, non quæ est cognoscibile talis & cognitionis species, sed quale cognoscens. Merito, neque enim cognitio in cognoscibili est, sed in cognoscens. Huic igitur similis & conformis est in quo est, non illi in quo non est. Si igitur & cognoscibile indeterminatum, sed quando determinatum est quod cognoscit, non propter cognitum indeterminata & cognitio, sed propter cognoscens, determinata. Etenim meliori modo est deterius cognoscere, & deteriori modo melius,

LII. Quare quoniam Diis omnibus meliores, meliori modo omnia præceperunt; & hæc quæ quidem sunt, ante tempus quidem quæ secundum tempus, ut diximus: incorporæ autem corporeæ, immaterialiter autem materialia, & determinate videlicet quæ indeterminata, & statim instabilia, & ingenerabiliter genita. Non igitur si cognoscunt futurum, ex necessitate fixit huic eventum: sed huic quidem indeterminatam ex determinato generationem dans, Diis autem determinatam indeterminati præcognitionem. Neque enim tuæ fixio † tympanis & cornis †† utens & materis corporalibus, si tua præcognitione corporaliter erat; sed illa quidem incorporaliter phantasia & vitaliter habuit futuri rationem; factum autem *παράστυμα* id est fixio corporaliter confixa ex non tali intrinseca cognitione. Si autem hæc in tua factio, quid utique dicēs de Deorum præcognitione, apud quam indicibile existit & entis inenarrabile nobis & incircumscriptibile, non tanquam alius modus omnium *παράστυμα* id est circumfidentis & nullatenus *συγγενής* congener iis quæ ab ipso sunt.

Quare

† Fixio, *παράστυμα*, astrolabium.

†† Fortasse *cornis*.

Quare & cognoscunt Dii divine & intemporaliter quæ in nobis, & nos operamur ut apti nati sumus. Et quocumque eligimus, præcognitum est apud ipsos, non propter in nobis terminum, sed propter eam qui apud ipsos.

LIII. Hæc tibi, o amicem caput, de iis quæ interrogasti respondi, potens & per se ostendere quod est rō in nobis, à laudibus & vituperationibus, à consiliis & à provocationibus aut debortationibus, à judicatoriis & accusationibus aut defensionibus, à politica omni eruditione, à legislationibus, ab orationibus, à sacerdotalibus viis, ab ipsa Philosophia. Bene enim nosti & meum institutorem \* dicentem sæpe, quod rō in nobis interemtum, superfluum pronunciat Philosophiam. Quid enim erudiet, nullo ente qui erudiat? Quomodo autem erit aliquid quod erudiat, non ente in nobis quid fiamus meliores. Hæc igitur iterum atque iterum reconsiderans, si aliquid adhuc dubitas, nullatenus patiaris \*\* scribere. De quibus enim utique & congruet nos facere sermones, quam de iis, in quibus nullus utique nos nugacitatis accusabit, facientibus disputationes. Cum autem qui ex superbia cumulum & laqueum omnem qui ex eodem illis exercito ajunt stultiloquium, inclino tibi non adventitie mihi.

## II. PROCLI Liber de decem dubitationibus circa Providentiam.

Περὶ τῶν δέκα πρὸς τὴν πρόνοιαν ἀπορημάτων, de decem dubitationibus circa Providentiam, liber. Meminit hujus scripti Joannes Philoponus libro 2. de Mundi æternitate adversus Proclum cap. 5. αὐτὰ δὲ τὰυτα ἡμῖν ὁ Πρόκλος συνιστολογῶν φαίνεται ἐν τῷ λόγῳ τῷ περὶ τῶν δέκα πρὸς τὴν Πρόνοιαν ἀπορημάτων. λέγει γὰρ ἐν ἐκείνῳ τὰυτα. Τῆς δὲ ἐν προνοίας ὡς ἐζηταί κ. τ. λ. quæ ex illo profert, leguntur in hoc libro pagina statim secunda & tertia. Exstat latine ex ejusdem Gvilelmi de Morbekæ versione in Bibliotheca hujus Urbis Hamburgensis ex legato præstantissimi Holstæni, in eodem Codice è quo librum ad Theodorum Mechanicum ex ejusdem Gvilelmi versione exhibui. Gvilelmus, Corinthi Archiepiscopus dicitur hanc versionem absolvisse Corinthi A. C. 1280. quarto die Februarii. Ἀπορήματα illa

R rr sunt

\* Syriacum.      \*\* ce pigeat.  
Libri V, Pars 4.

sunt hæc decem circa Providentiam quæstiones, quas proponit primum deinde suo more ad Platonis fere mentem resolvit atque explicat.

1. Num providentia ad omnia & singula pertingat, five ut Gvilelmi interpretis verbis utar. *si Providentia est omnium, totorum, partium, & usque ad individuißima cælorum & eorum quæ sub cælo, æternorum & corruptibilium.* Hoc affirmat Proclus, atque unumquodque singularium è rebus etiam minimis ab unius Optimi Maximi Numinis bonifica ut appellat Providentia dependere contendit. *Nihil enim effugit illud unum, five in esse dicas, five in cognosci. Et dicitur quidem, & recte dicitur, & in centro totus circulus esse centraliter, siquidem causa centralis, & circumscriptum autem circulus, & in unitate omnis numerus monadice propter eandem rationem. In Providentia autem uno majore modo omnia sunt, siquidem & unum majore modo illud quam centrum & monas.*

2. Quomodo contingentia præsciat DEus iisque providet? Respondet Proclus DEum pro perfectissima natura sua cognoscere in spermatibus suis & causis in determinata determinate, sicut & incorporaliter & indistanter distantia & corporata. Quam in rem plura disputavit libro ad Theodorum Mechanicum cap. 50. seq.

3. Num & determinatorum & indeterminatorum fit causa Providentia secundum idem & eodem modo? Respondet Proclus providere nihil aliud esse quam benefacere, hinc pro suo quæque modulo & ordine participare de uno illo bono, ut & ipsi unitas, & indeterminatis libertas constet. In eodem capite probat providere DEum contingentibus etiam & indeterminatis, ne illa sint velut superadventitia in universo. *Sicque & volunt (utpote autores) providere determinate indeterminatis, & possunt Dii, omnino utique & provident, & providentes cognoscunt provisorum dignitatem. Et Dii quidem exaltatim & ad omnia sui ipsorum extendentes providentiam, demones autem partientes illorum superexistentiam, hi quidem aliorum gregalitatem acceperunt, hi autem aliorum, ut ait ille, in ultimam consummantem partitionem, ut hi quidem hominum sint, hi autem leonum, alii autem aliorum animalium, aut plantarum præfides, & adhuc partialis, hi quidem oculi, hi autem cordis, hi vero hepatis. Omnia autem sunt plena Diis, his quidem & his immediate providentibus, hi autem per medios Demones, ut dictum est: non illis omnibus adesse non potentibus, sed ultimis per se participare primis non potentibus.*

4. Quo-



4. Quomodo Deorum participationes fiant, sive quomodo Dii providentes in inferiora operentur? Respondet Proclus, pro participantium idoneitate, *rationaliter in rationalibus, intellectualiter in intellectualibus, phantastice & sensibiliter in iis qua secundum phantastiam aut sensum vivunt: essentialiter autem & per esse solum in his qua sine vita, esse obtinent.* -- Igitur & providentia supraeanti, omnia secundum ipsam divinam unione locata, & operante una operationem uni convenientem omne accedens participat, & ita ut aptum natum est. De oraculorum defectu ita differit, ut operatione DEI manente semper eadem, loca vel homines idonei sint ad eam participandam, velut si facie aliqua stante, speculum ejus imaginem jam fulgidum suscipiat, jam obscurius vel debilem vel plane nullam reddat. *Sive igitur dicat quis chresteria quandoque quidem divinativis participare Dii, quandoque autem deficere inefficacia facta, & velut ἀπνοια i. e. sine spiritu secundum quoddam tempus, in hoc reducendum causas irregularitatis, in deficientibus spiritibus utentibus & operantibus in potentiis participare ipsis semper. Nam veraciter chresteria, qua apparentibus complent Angelique & Demones, & Heroës, in quos illustrant Dii & semper entes in universo sortes, quamvis aqua aliqua & hiatus terra non semper participare illis possint propter sui ipsorum instabilem naturam, sive rituum virtutes, ἀγέλματα sive imagines introeuntes quandoque & vivencia facientes & replentes Divina inspiratione, deficiunt in quibusdam periodis. Et horum defectum a se remittere convenit ad suscipientia, & non ad variationem operationis Deorum inspirantium ipsi. Neque enim lana deficientis solem causare audemus, sed incidentiam ipsius in conum.*

5. Unde & cur malum, cum sit Providentia? Respondet Proclus duo haberi malorum genera, unum in corporibus, præter naturam; in animabus, contra rationem. Neutro autem regnum providentiæ (ut verbo interpretis utar) molestari, sed malo huic finem esse bonum, & universi varietatem ac perfectionem: Nam omne quod præter naturam, fieri ut aliquid fiat eorum quæ secundum naturam, sed non vicissim. Atque inter spiritus perfectiores & brutas animantes debuisse quoque medias interpositas esse animas, ratione simul & ira atque concupiscentia præditas, & libertate arbitrii gaudentes.

6. Si Providentia est, cur bonis viris mala fiant, mali triumphant? Respondet, bonis tamen non deesse virtutem, virtutisque materiam: atque singularem illis in laudem cedere, quod virtutem

tem nudam cofere malint quam *malitiam cum omnibus suis abundantius*. Malum non esse irritamentis carere malorum, & adversa fortunæ quosdam etiam expetisse, sapientes fortiter semper tulisse. Neque æquum esse ut iidem omni simul genere bonorum abundant. *Operet quandam experientiam etiam malorum eorum qua hic ipsis inesse à quibus provocate anime appetant eam qua hinc translationem ad illam qui extra mala locum*. Multos per adversa ad majorem virtutem adductos esse, denique sola esse mala quæ ipsi committimus non quæ patimur. In gloriosos malos omnes & inhonoratos, quamvis myriades adulatorum ipsos circumstant. Ad quæstionem quam huic adjungit, cur inæqualibus æqualia à Providentia existant secundum Arithmeticam (non Geometricam) æqualitatem, velut Civitate tota pereunte ut similis sit interitus hominum dissimillimorum, bonorum malorumque. Respondet, *primo quidem quod non secundum quod dissimiles sunt, hoc simile patiuntur, sed secundum quod similes civitatem eandem si forte inhabitare volentes, & navem eandem intrare, & committare cum invicem, & si quid aliud ejusdem cum iis fecerit, & sic secundum ipsius actionem idem aliquid passi sunt. Sed secundum quod meliores & deteriores, diversam habent communis passionis illationem, siquidem impatientes, si autem mansuete ferentes perierunt. Et post separationem, hos quidem meliorum locus suscipit, hos autem qui deteriorum. Addit deinde esse quendam ordinem & fati communis periodum à diversis principiis in eundem finem obviantem, & concursum processum, ubi compati coguntur imprincipales partes ex necessitate. Latere etiam nos veras animarum æqualitates.*

7. Si Providentia etiam ad infirma se demittit, unde tanta fortis in brutis animantibus inæqualitas, mutæ devorationes & similia? Respondet si in illis sit aliquid *ἀυτοκίνητος*, causam alius querendam: si vero corporea tantum sint, nihil referre si idem patiantur cum umbra omnimode transfigurata, atque fato subiecta sint.

8. Quare pœnæ post peccate non statim subsequantur, sed infligantur post tempus demum, & hoc interdum valde longum? Respondet, *infecta nequitie radix, (sicut spinas ferens terra, est similis fructus excludas nascentes, similium est productiva) easdem reddit operationes non flexa pœnitionibus*. Igitur Providentia, congruens tempus non quale placet hominibus, sed quale ad sanationem animarum novit proficere, expectat, ac tolerando plures erudit. *Cum Deus enim, ait ille, fortunam & tempus omnia gubernare, sive dare aliquid bonorum oportet, sive quædam con-*

*erariotum.* Deinde vitium sibi ipsi poena & λυσῑ animi gravissima. Non bonus poenarum dispensator ira præcep̄s. Plato servum verberaturus si igellum aliquo tempore sublime tenere visus est, causamque interrogatus dixit punire se sui ipsius præimpetuantem iram. Archytas ad servos in agro qui iussa non fecerant poenamq̄ expectabant, bene valet̄e, inquit, quia irascor. Et Theano ad servam: si non essem irata, verberarem utique te. Apud Ægyptios Lexerat, prægnantem, judicatam morte dignam donec utique pepererit, non morti tradere. Quid mirum Providentiam, delinquentes morte digna, potentes autem parere non quasdamcunque actiones, sed egregias, conservare ad illas &c. Si Themistocles pro iis quæ egerat juvenis, confectum solvisset poenam, quis eruisset Athenas à Persicis malis? Quis etiam fuisset *Πυθίας* expositor? Si Dionysius in principio perisset tyrannidis, quis Siciliam à Chalkedonensibus liberasset, insuscitabilem fore expectatam? Si Periander punitus fuisset non post multum aliquod tempus, quis utique Apolloniam, quis etiam amœnam \* Leucadorum insulam, quis etiam Araxorium eripuisset à sibi adversantibus? - - Quid quod tempus illud poenarum dilatarum longum videtur nobis tenuitur intuentibus, sed ad Providentiæ oculum nihil est, uti vicissim *iste locus in quo vivimus corpora circumferentes parvus omnino ad magnorum peccatorum punitionem: τίσσις autem carcere, & qua in inferno loca, multa utique quadam & inenarrabilia, & multitudines tormentorum inexcessibiles omnibus qui qualitercunque ibi sunt. - - Propter magnitudinem punitionis non simul tota sit adjectio. Excitare autem remorsiones animæ ingeniosa sunt, præcursales ipsi maximarum personarum. Ajunt enim & Apollodorum tyrannum visionem vidisse, verberatum seipsum & doctum à qualibus quibusdam, & sui ipsius cor ex lebetæ clamans, ego tibi horum causa. Ptolemæi autem Cerænni vocantis amicos putare seipsum in somniis vocari ad iudicium à Seleuco, vultures autem tibi confidere & lupos iudices. Talia magnis præludia appenserunt punitionum.*

9. Quomodo peccata aliena, parentum puta vel superiorum puniantur in liberis ac subiectis? Quod autem peccatorum progenitorum diuicias sustinere dicuntur quidam, & revelationes & τελεταί manifestant hoc, & etiam λυσῑοι quidam Diis purgare ab iis affirmantur. Respondet gentem sive familiam, & Civitatem pro uno quodam corpore haberi, esseque illi suam præsidem *πολιτάρχον* atque *ομογίτην*, adeoque non alie-

R I F 3

33

\* χαρίεσσιν, interpretes reddis gaudiosam.

na esse talia peccata propter illam conjunctionem atque similitudinem. *Quid igitur adhuc inopinabile & vindictas solvere animas translatas in altera corpora pro iis que in aliis corporibus?*

IO. Providentia unius DEI laudatissima cognoscente omnia & in bonum reducete, quomodo & Angeli providere dicuntur, & dæmones, atque si velis & Heroës & animæ cum Diis mundum condispensantes? Respondet, providere DEum universaliter ac totaliter omnibus, ut unum & bonum, ceteros partialiter, subordinate, & quibusdam.

### III. Liber Procli de malorum subsistentia.

*Περὶ τῆς τῶν κακῶν ὑποστάσεως μονόβιβλος*, de malorum subsistentia, liber singularis, cujus mentionem reperit Holstenius in Scholio marginali Græco Codicis Medicei ad Proclum in Remp. Platonia, pag. 358. ad verba v. 9. à fine, εἴρηται μὲν ἂν διὰ πλείονων ἐν ἄλλῃσιν περὶ τούτων. Scholion ita se habet: Τὸ μὲν ἐν τῷ περὶ τῆς τῶν κακῶν ὑποστάσεως μονόβιβλῳ, τὸ δὲ ἐν τοῖς εἰς τὸν λόγον τῆς Διοτρεῆος περὶ τῆς τῶν κακῶν ὑποστάσεως. Exstat & hic liber Latine ex Gail. de *Περὶ τῆς* versione, atque hæc capita ex Platonia maxime sententia persequitur, 1) an sit malum, 2) si sit, utrum in intellectualibus? 3) si in sensibilibus, num secundum causam principalem. 4) si non sit secundum causam principalem, an substantia aliqua \* ipsi danda; an penitus ponendum ἀνύστατον & ἀνυπόστατον. 5) Et, si est hoc, quomodo subsistit, principio altero existente, & unde incipit & usque quo procedit? Et adhuc 6) quomodo Providentia existente est malum & unde est? *Sinon solum instituit bonorum naturam Pater, sed & vult nihil esse inquam malum, quæ μηχανῇ vel arte subsistit malum quod Conditor subsistere non voluit? Non enim alia quidem ipsum velle, facere autem alia licitum, sed velle & facere in divinis simul sunt & conjuncta: quare non solum involutum DEO malum sed & ἀνυπόστατον, non tantum illo non faciente (neque hoc ne quidem fas cogitare) sed nec esse faciente.* Respondet, malum Physicum hoc est corruptivum cujusque substantiæ, potentiæ, operationis non esse malum sed bonum, quia propter bonum & quæ ex corruptione generatio, qua constat Mundus, & universi ordo ornatur. Non dari autem malum ἀκρατον & ἀντακακόν, æternamve ideam

\* Malum ἀμνηρότερον instabilius non esse pronunciat in oraculo Chaldaico apud Proclum.

am & *εἰδ* mali, ac substantiam, sed morale etiam malum esse  
 to mixtum atque ut bonum, à DEO, ut malum ab alia causa im-  
 ente: nihil enim esse malum hoc nisi minorem majoremve decli-  
 onem, recessum, defectum & privationem ab *αὐτὰρ ἀδῶ*, &  
 tum bono, velut tenebras à Sole. Esse debilitatem & absentiam  
 entis in operando, non potentiam: partialibus malum, Uni-  
 so non malum.

II. Malum nec in Diis nec intriplici *ἡγεμονείᾳ* meliorum  
 verum: hoc est nec in Angelis, (quomodo enim Deorum nuntios &  
 idatores vocabimus, si malum qualitercunque in ipsis? qui imaginem il-  
 um gerunt & in *πρὸς θεοῖς* versantes de bonitate ipsorum partici-  
 nt) nec in Dæmonibus nec in Heroibus. Aut præter naturam ipsius  
 iet DEUS, mali generans, aut omne subsistens inde erit boniforme, & in-  
 vor manentis in ipso bonitatis. Sed neque ignis, ajunt, infrigidare, neque  
 i, malum à seipso producere. Duorum igitur alterum, aut neque esse ma-  
 e dicendum malum, si deus: aut esse, & non deus esse. Contra  
 qui in dæmonibus malum *πρωτὸς* esse docebant, ita differit: Sunt  
 us qui & passiones dæmonibus tribuunt, alii secundum naturam, quando  
 tes ipsorum & generationes alias & alias tragædizant: alii ex electione solum,  
 ndo nequam quosdam & malos nominant dæmones, quos & animas inqui-  
 e & ducere ad materiam, & eum qui sub terra locus, ab itinere in caelum de-  
 bentes. - - Hos rogare oportet, utrum dæmones quos malos esse dicitis, &  
 ipsis esse dicitis tales aut non sibi sed aliis? Nam si sibi ipsis mali, duorum al-  
 um, aut manent in malo, sempiterno tempore aut transmutationis sunt sus-  
 tibi. Et si quidem semper mali, quomodo quædæm Diis subsistit, semper ma-  
 e? Melius enim non esse omnino quam semper male esse. Si autem transmu-  
 tur, non sunt substantia mali sed habitudine, in quibus melius & deterius &  
 e alia species. Dæmones autem semper omnes in dæmonum ratione, &  
 suo ordine singuli. Si autem sibi ipsis quidem boni, aliis autem mali quos  
 deterius ducunt, simile ac si quis doctores vocaret nequam, & pedagogos  
 idam qui castigatores peccatorum ordinati non permittunt persequentibus stu-  
 ose meliorem ordinem pro conveniente ipsis. Aut si quis ipsos ante sacra stan-  
 e inquinatum detinentes extra *περὶ βολῆς*, id est sortinas, malos nomina-  
 e, quia participatione interiorum prohibens. Erat igitur malum non extra  
 nere dignis, sed esse talis ordinis & tali prohibitione dignum. Si igitur & ex  
 nambus in mundo alii sursum ducunt animas, alii nondum valentes ascen-  
 e custodiunt in sui ipsorum moribus, neutros utique merito ducemus malos, ne-

que illos separantes, neque hos desinentes. Oportebat enim esse & hos qui inquinatum & progressu in cælum indignum, in eo qui circa terram loco coercentes habent. Non ergo malum neque in iis ratio adinvenire videtur, secundum enim ipsorum naturam singuli faciunt que faciunt, & semper eodem modo. Hoc autem non malum.

III In Animabus malum debilitas non semper & unice adhzrendi melioribus vero & bono: decensus inde ad deteriora & oblivio, atque in corpore versantibus inclinatio κατὰ φύσιν, & à ratione dissidium. Sunt quibus τὸ πρῶτον κακὸν & αὐτοκακὸν Materia: & animabus debilitas per calum in materiam. Sed negat hoc Proclus, & esse etiam ex DEo corpus & materiam, ambo DEi genemata proficitur: Materiam τὸ πρῶτον ἀόριστον, substantialemque infinitatem perinde ut corpus mixtum, a DEo, una causa dependere: Animas vero peccasse antequam in materiam detruderentur. Non esse duo principia: Materiam nec bonum esse nec malum, sed necessarium & ab αὐταγαθῷ, imo gradu distans.

IV, Bonorum causa una, æterna, determinata, universalis, factiva DEus: malorum causa multiplices & infinitæ aliz animabus aliz corporibus, fluctuans, indeterminata, inordinata & singulares, naturam animarum & corporum ex necessitate circumambientes, ex impotentia incommensuratione ἀσκότου, inharmonizatione & debilitate, deteriorisque victoria. Bona habent hypostasim, mala parhypostasim. Bonum species, malum sine specie ac velut privatio.

V. Malum habet agere & posse a contrario bono, quod debile & inefficax propter mixturam mali fit, & malum efficaciam & operationem transfortitur propter boni presentiam, in uno enim ambo. Sic in corporibus quod præter naturam est, debilitat id quod secundum naturam, latitante natura ad operandum, & ordine (in quo bonum) soluto. Sic in animabus malum quando vincit bonum, utitur illius potentia ad suum, scilicet ea que rationis, & inventionibus ad concupiscentias; & tradunt invicem ex sui ipsorum natura, hoc quidem de potentia, hoc autem de debilitate: quoniam secundum se, malum neque agere natum est neque posse; omnis enim potentia bonum, & omnis operatio extensio potentiz est. Quod & Plato sciens, iniustitiam ipsam secundum se & debilem & inactivam esse ait: justitiz autem presentia & potentiam habere &

ad

ad agere duci non manentem in sui ipsius natura: neque in *αἴτια* privatio solum, quoniam & præjacens ipsum vitale ens dat & malo vitæ participationem. Vita autem omnis potentia secundum se, in potentia autem aliena factum malum, contrarium est bono sui ipsius potentia ad adversari utens: & magis quidem potentia inexistente majores operationes & opera mali, minus autem minores. Jam & in corporibus naturæ potentiis simul & quæ in ipsis definit præter naturam operatio, & hæc eo quod præter naturam, tunc magis existente soluto omniquaque ordine. Quare & in animabus majora quidem a minori malitia, minora autem a majori opera: solificata enim a contrario, secundum turpe quidem ipsius & informe augetur, secundum virtutem autem & operationem minorata debilis simul & inefficax est. Non enim ab ipsa potentia, ut utique & augmentata etiam potentia ad majus transitio esset: sed ex præsentia contrarii, puta si & caliditatis potentia utatur ad sui ipsius opus frigiditas vincens & subjacens illius potentiam. Deficiente igitur contraria natura & eo quod magis defectu ad privationem habet *τὸ* magis, ea autem quæ virtutis submissione ad facere est debilior, malum quidem est magis, agit autem minus.

VI. Et quomodo potentia esset ens malum, si omnis potentiz opus salvare ipsam in quo est, malum autem dissipat unumquodque cuius est malum. Est ergo malum inefficax & impotens secundum se, si autem, & involuntarium est ut ait ille, & involutum erit utique: & sic primisimæ trinitatis boni privatio, voluntatis, potentiz, operationis. Bonum quidem enim & volitum est, & potens & efficax secundum ipsius naturam: malum autem involutum & debile & inefficax. Neque enim volitum ulli quod ejus corruptivum, neque potentiz quod potest ipsa corrumpere, neque operationis *τὸ* non secundum potentiam habere hypostasin ipsius. Sed sicut mala appetunt ut apparentia ipsis bona, & est malum iis apparens, volitum propter mixturam boni tale dicimus: sic utique & potentia in malo & factio est apparenter, quia non secundum se neque qua malum, sed extrinsecus, cui & *παρὰφύσιν* id est juxta extitit, & ad quod dicitur malum. Hoc ergo & mihi videtur & qui in Theæteto Socrates ostendens potentibus aliquo modo assequi ipsa, ne-

Sss

que

que privationem neque contrarium bono malum dicere, neque enim privatio facere aliquid potens, aut totaliter potens: neque contrarium quod secundum se, neque potentiam neque operationem habet: sed sic aequaliter subcontrarium ipsum nominare, quod secundum se quidem est privatio, quia autem non omnino perfecta est privatio, sed similiter cum habitu transfumens de potentia, inde & de operari in contrariationis partem constituitur, & neque privatio est perfecta, neque contrarium sed subcontrarium bono.

VII. Tria hæc quæ debilitari possunt, & in quibus est malum, anima particularis, animæ idolum (in animalibus) & corpus. Corpori, *præter naturam esse*: animæ idolo, *præter rationem esse*: animæ, *præter intellectum esse*. Secundum rationem vitæ defectus, *agritudo* at ignorantia & intellectus privatio, *turpitude*, sive circa *divinam vitam* circa opinionem, hoc est jam scientiæ jam artis inopia. *Turpe* autem & *agritudo* aliter quidem in cognitionibus, aliter *autem* in impetibus. Etenim appetitus non secundum rationem, & *sententia* autem multi & phantasiæ præcipites, quibus quidem vitæ in *actibus* appetitibus contrariantibus: quibus autem in *speculationibus* phantasia præterincidente & purum ipsarum & immateriale *autem* te. Inde phantasiæ inconvenientes aut consensus mali & *electionis* turpes, aut extra & in actionibus variis aut secundum iram aut secundum concupiscentiam factis. Et *res* præter naturam duplex: *Est enim turpitude*, quæ in corpore præter naturam, speciei enim ut in monstris, est hoc debilitas & defectus. Et *agritudo* ejus, eo quæ in ipso ordine & commensuratione soluta, ut in corruptione, morbo, dolore.

VIII. Multis malum meditatum quidem & intra animam manens occultatur & bonificatur ut turpe & inconveniens. Actum autem quale est, evidens fit: manifestatur autem poenitentia & animæ conscientia, velut ipsa exprobrante sibi actum. Quoniam & Medicorum artes ulcerum aperturis ad evidens ducentes passionem & intus occultatam causam facientem *agritudinem*, *imaginem* exhibent providentiæ operum, & *actionibus* turpibus & *passionibus* admittentis, ut utique immutata ab eo qui in ipsis conceptu & sub catalo & inflato malis habitu principium periodi & vitæ sumant melioris. Quæcunque autem intus sunt *passiones* ipsius, ipsum malignantis bonum habent, secundum quod semper ad proprium ducunt animam.



nam, cujus electiones in ipsis habent *δίων*, ita quæ in animabus lex ducit unamquamque ad suam, & eam quæ ex Providentia dignitatem.

IX. Non potest esse malum, si non contrarium cogitetur malum, quoniam boni gratia omnia & ipsum malum: sed omnia gratia boni. DEUS incausativus (*ἀναιτιος*) malorum, nusquam enim malum (qua malum) inde, sed ex aliis causis & quibus generare non secundum potentiam, sed propter debilitatem existere dictum est. Propter quod mihi videtur Plato circa Regem omnium omnia ponens & illius gratia omnia, & quæcunque non bona, phantasiata enim ut bona, & hæc entium sunt similiter bonorum, omnium causam illud appellare & non semel omnium, (neque enim malorum, sed & horum incausativum) & omnis entis causam, etenim horum tanquam entium, & qua bonum unumquodque. Si itaque hæc recte dicimus, & omnia utique ex Providentia erunt, & malum habebit locum in entibus. Quare & faciunt Dii malum sed tanquam bonum: & cognoscunt ut omnium unialem habentes cognitionem, impartibiliter quidem partibilium, boniformiter autem malorum, unialiter autem multitudinis. Alia enim animæ cognitio, & alia intellectualis naturæ, alia Deorum ipsorum: hic quidem *ἀναιτιος* sive ex se mobilis, hic autem æternalis cognitio, hic autem indivisibilis & unialis ipso uno omnia & cognoscens & producens.

*Hactenus excerpta ex Procli libro inedito de mali  
subsistentia.*

#### IV. Procli Hymni.

Complures olim a Proclo concinnati fuerunt Hymni, quibus Barbarorum pariter & Græcorum Numina celebraverat, veluti quidam non municipalium sacrorum sed ingentis omnium Deorum templi, Mundi hierophantes, ut narrat Marinus in Procli Vita c. 19. Verum soli ex illis ætatem tulerunt *hymni quatuor*, quorum primus est in Solem, secundus & tertius in Venerem, (qui afferuntur etiam a Johanne Stobzo sive Stobensi tit. 63. florilegii, pag. 249. edit. Grotianæ) & quartus in Musas. Hi elegantissimi hymni Græce subjecti sunt Hymni Orphei sive Onomacriti editionis Florent. apud Philippum Juntam 1500. 4. & Aldinæ A. 1517. 8. Græce & Latine sed minus emendati & cum versione inepta leguntur

in Jacobi Lectii corpore Poëtarum Græcorum Heroicorum pag. 737. Coloniz Allobrogum 1626. fol. Novissime separato folio illos ut publicis Lecttionibus illustraret, excudi curavit D. Godfridus-Olearius ὁ μακαρίτης Lipsiz 1700. 8. addita hymnis in Solem & Musas suas, cæteris Metaphrasi Hugonis Grotii. Istud folium fugitivum quoniam paucis visum facile se potest quærentium oculis subducere, hoc in loco Lectore ut spero haud refragante integrum inferendum duxi. Cæterum ratio fugit Liliū Gyraldum, cum hymnos istos tribuit non Proclo nostro Lycio, sed Hierophantz cuidam Laodicensi hujus nominis, cujus aliorum scriptorum Svidas mentionem facit, nullam hymnorum. Neque Joanni Keplero facile aurem præbuerim, qui lib. V. cap. 10. Harmoniz Mundi, hymnum Procli in Solem, quærit

ΠΡΟΚΛΟΥ ΛΥΚΙΟΥ ἝΓΜΝΟΙ

Ἐἰς τὸν ἥλιον.

- K** αὔθει \* πυρὸς πορῶ βασιλεῦ, χρυσήνι γιγάν.  
 κλύθει Φαίης γαμία, ζωαρκέθω ἢ ἀνα πηγῆς  
 αὐθὸς ἔχων κληίδα, καὶ ὑλαίος ἐνὶ κόσμῳ  
 Ἵψόθεν ἀεμοίης ρύμα πλάσιον ἐξοχληῶν.
- 5 Κέκλυθι, μεσοσίην γδ ἰὼν ὑπὲρ αἰθέρεθω ἴδην,  
 καὶ κόσμῳ κραδίαῶν ἔχων ἐριφαιγγέα κύκλον,  
 Πάντα τῆς ἐπλησας ἐγερσινόοιο προνοίης.  
 Ζησάμβροι ἢ πλανῆτες αἰθαλέας σέο πυρσῶς  
 Αἰὲν ὑπ' ἀλλήλοισι καὶ ἀκαμάτοισι χορείαις.
- 10 Ζωογόνις πέμπου ἐπιχθοίης ραδαίμυγας,  
 Πασα δ' ὑφ' ὑμετέρῃσι παλινοσοῖσι διφροίαις  
 Ωραίων, κατὰ θεσμῶν, ἀνεβλάστησε γενέθλη.  
 Στοιχείων δ' ὀρυμαγδὸς ἐπ' ἀλλήλοισιν ἰόντων  
 Πανταλο, σὺνο φανένθω, ἀπ' ἀρρήτων γενετήεθω.
- 15 Σοί δ' ὑπο μαιράων χορὸς εἰκαθεν ἀσυφέλικθω,  
 Ἄψ δὲ μεταστροφῶσι ἀναγκαίης λίνον αἴσης  
 Εὐτε θέλης, περὶ γδ κρατέας, περὶ δ' Ἴφι ἀνάδοις  
 Σιηῆς δ' ὑμετέρῃ βασιλεὺς θεοπειθέθω ὀίμης  
 Ἐξέδραρον φοῖβθω, κισάρεθ δ' ὑπο θίσπελα μίλιπων.

20 Ἔσ-

\* Quomodo stellæ & singillatim Sol exaudiat preces, disputat Plotinus IV. 4. p. 425 & 435. seq.

ad Christum applicat pie magis quam ex Procli sententia, pag. 246. conjicit fuisse partem *μητρωακῆς βίβλου*, de qua infra inter scripta hujus Philosophi deperdita. Porro inter DEos a Proclo hymnis celebratos apud Marinum cap. 19, referuntur etiam Marnas Gazæus, Æsculapius Leontuchus Afcalonita, & Isis quæ colitur Philis Ægyptiis, & Arabum Theandrites, quasi masculinum DEum dixeris, ita enim legendum pro *Θυανδρίτης*, observavi Damascio apud Photium pag. 565. qui eum describit *ἀρμένωπὸν ὄντα θεὸν καὶ τὸν ἀφ' αὐτοῦ (lege ἁθῆλων) βίον ἐμπνέοντα ταῖς ψυχαῖς*. Sic *θῆλων βίον* pro vita effoemina dixit Philo lib. de profugis pag. 366. *περὶ ἃ ποιήμεθα οἱ τὸν ἀναδρον καὶ θῆλων ὄντως βίον μεταδιώκοιτες*. Versum Procli ex ejus hymno ut opinor in Bacchum affert Olympiodorus in vita Platonis p. 584.

## PROCLI Philosophi HYMNI.

I. IN SOLEM, Godfrido Oleario interprete.

**A**udi cœlestis Flammæ Rex, auree Titan,  
 Arbiter & lucis, fontis Rex inclyte vitæ  
 Clavem solus habens, in sensibiles quoque mundos  
 Ex alto harmoniæ derivans flumina læta.

5 Audi, nam mediâ superas sedem ætheris, & te  
 Interiora tenent mundi, ac pulcherrimus orbis:  
 Sicque implex animante animos ipse omnia curâ,  
 Igne planetarum tuus o Rex pascitur \* ignis,  
 Qui nunquam fessi ductis sine choreis

10 Vivificum terris dimittunt undique rorem.  
 Vestris perpetuo repetitis motibus omnis  
 Æternas juxta leges hic nascitur Hora.  
 Dedicere suos adversa elementa tumultus  
 Te simulac natum Arcano genitore viderent.

15 Parcarum obsequio regis implacabile numen,  
 Sijubeas, subito fatalia fila revolvunt.  
 Namque tuum imperium est, tu nutu cuncta gubernas.  
 Ex ferie æterna pellacis carminis autor  
 Profiliit Phœbus, divinaque carmina cantans.

Sss 3

20. Con-

\* Cum Nobiliss. Doblere malim *cingitur*.

- 20 Ἐνωάζει μίγα κύμα βαρυφλοίσβοιο γενέθλης,  
Σῆς δ' ἀπο μελιχόδωρ<sup>⊗</sup> ἀλεξικάκηθ διασείης  
Παιήων βλάσῃσεν, ἐὴν δ' ἐπέτασεν ὑγείην.  
Πλήσας ἀρμονίης παναπήμον<sup>⊗</sup> εὐρεία κόσμον,  
Σὲ κλυτὸν ὑμνεύσσι Διωνύσοιο Ἰοκῆα.
- 25 Ἰλῆς δ' αὖ νεάταις ἐνὶ βένθεσιν, εὖιον Ἄτην.  
Ἄλλε δ' ἀβρόν ἔδωνι ἐπευφήμισαν αἰοδαίς.  
Δειμαίνεσσι ἧ σέιο θοῆς μασίγ<sup>⊗</sup> ἀπειλήν  
Δαίμονες, ἀνθρώπων δηλήμονες, ἀγρίοθυμοι,  
Ψυχῶν ἡμετέρας δουραῖς κακὰ προσύοντες,
- 30 Ὄφρ' αἰεὶ κ' λαΐμα βαρυσμαρέζων βιόταιο  
Σώματ<sup>⊗</sup> ὀτλεύωσιν ὑπο ζυγέδεσμα ποδῶντες,  
Ἵψιτενὲς ἧ λάθωλο παρὲς πολυφρυγί<sup>⊗</sup> αὐλῆς.  
Ἄλλὰ θεῶν ἄριστε, πυριστεφέες, ὄλβιε δαῖμον,  
Ἐἰκὼν παγγενέταο θεῶ, ψυχῶν ἀναγωγέυ,  
35 κέκλυθι, καὶ με κάθῃρον ἀμαρτιάδ<sup>⊗</sup> αἰὲν ἀπάσσης,  
Δέχνησο δ' ἱκεσίην πολυδάκρυον. ἐκ ἧ μελυγρῶν  
ῥύσο κηλίδων, ποιῶν δ' ἀπᾶνθευθε φυλάσοις,  
Πρῆύτων θοὸν ἄμμα Δίκης ἢ πάβλα δέδορκεν.  
• Αἰεὶ δ' ὑμετέρεστιν ἀλεξικέκκοισιν ἀγαγαῖς
- 40 Ψυχῇ μὲν, Φα<sup>⊗</sup> ἀγνὸν ἐμῇ πολυόλβον ὀπαζοῖς  
Ἀχλὺν ἀποσκηδάσας ὀλεσίμβροτον ἰολόχευλον.  
Σώματι δ', ἀρρημίην τε καὶ ἀγλαόδωρον ὑγείην.  
Ἐυκλείης τ' ἐπίβησον ἐμὲ, προγόνων τ' ἐνὶ θεσμοῖς.  
Μησάων ἐρασιπλοκάμων δώροισι μελοίμην,
- 45 Ὄλβον δ' ἀσυφέλικτον ἀπ' εὐσεβίης ἐραλεινῆς  
Εἶκε θέλεις δις ἀναξ, δύνασαι ἧ ἀπάβλα Ἰελέεσση  
Ἐηιδίως, κρατερὴν γὰρ ἔχεις καὶ ἀκείριτον ἀλκήν.  
Εἰ δέ τι μοιριδίοισιν ἐλιχοπόροισιν ἀτράκτους  
Ἀστεροδινήτοις ὑπὸ νήμασιν ἕλοῦν ἄμμιν
- 50 Ἐρχεται, αὐτὸς ἔρυκε Ἰεῆ μεγάλη Ἰόδε ριπῆ.

Εἰς τὰς Μούσας.

Ἵμνείομαι, μερόπων ἀναγώγιον Ἵμνείομαι Φῶς,  
Ἐννέα θυγατέρας μεγάλας Διὸς ἀγλαοφώνες,  
Αἱ ψυχᾶς, κ' βένθ<sup>⊗</sup> ἀλωματίας βιόταιο,  
Ἀχραΐοις Ἰελεῖῃσιν ἐγερσώων ἀπὸ βίβλων

Condidit indigesta prius primordia rerum.  
 Tripudia alme tua ast, gravium averrunea malorum,  
 Pœnam pariunt, cunctis parat ille salutem,  
 Harmonia orbem implens cunctorum experte malorum,  
 Te magnum Bacchi Patrem celebrare solemus.  
 Te Aten materiam profundis Eviam abyssis,  
 Rursum alius tenerum te carmine dicit Adonin.  
 Te vero metuunt tua si quid flagra minentur  
 Invisi nobis genii semperque feroces,  
 Qui miseris moliri animis mala millia norunt:  
 Ut raucos inter fluctus vitæ atque tumultus  
 Corporea æternum teneant hos vincla, volentes,  
 Atrane videant celsi præfulgida Patris.  
 Sed tu magne DEUS, radians, ditissime Dæmon,  
 Icon communis rerum patris, atque animarum.  
 Dux, audi, atque omni miserum me crimine purga.  
 Accipe cum lachrymis gemitus, tu vulnera nostra  
 Fœda cruore atro sana, pœnasque remitte  
 Iustitiæ placans oculum quo cuncta pererrat.  
 Legeque nos ducens mala quæ procul omnia pellit,  
 Da lumen menti purum, da, quæso, beatum,  
 Noctem pestiferam pellens, matremque veneni:  
 Corpori at, integram, quæ dat bona cuncta salutem  
 Da famam; tibi quo præca pietate Parentum  
 Cincinnatarum Musarum dona feramus.  
 Divitias stabiles, fructum pietatis amœnæ,  
 Si fuerit visum, da Rex; namque omnia posse  
 Diceris, ingenti immenso tu robore polles.  
 At si quæ fusus Parcarum tortilis ausit,  
 Telæ sideribus textæ si sæva minentur,  
 Nutu depellas isthæc tu quæso potente.

## 2. IN MUSAS. Godfr. Oleario Interprete.

Ad supera educens celebramus carmine lumen,  
 Ter trinum Sobolem Jovis almi, carmine claram,  
 Quæ mentes misere vitæ istis fluctibus actas  
 Puris usæ sacris, (hæc docta volumina condunt)

- 5 Γηγεένων φύσας ἰσοσάντων ἰδωάνων.  
 Καὶ σπύδων εἰδαζαν ὑπὲρ βαθυχεύμονα λήθη  
 Ἴχνη ἔχεν, καθαρὰς ἢ μολεῖν ποτὶ σύννομον ἄστρον,  
 Ἐἶθεν ἀπεπλάγχθησαι ὄτ' εἰς γένεθλιον ἀκτὴν  
 Κάππεσον, υλοτράφουσι ὦεἰ κληρεῖσι μακείσαι.
- 10 Ἀλλὰ θεῶν καὶ ἐμοῖο πολυπτόητον ἐρώην  
 Παύσατε, καὶ ἰσοροῖς με σοφῶν βακχεύσατε μύθοις,  
 Μὴ δὲ μ' ἀποπλάγξαι δεισιθίων γένοιτο ἀνδρῶν  
 Ἀτραπιτῶ ζαθίης, ἐριφεγγέου, ἀγλαοκαρπῆ.  
 Αἰεὶ δ' ἐξ ὁμάδοιο πολυπλάγκταο γενέθλης
- 15 Ἐλκετ' ἐμὴν ψυχὴν παναλήμονα πρὸς φαῖον ἀγνόν.  
 Τμετερῶν βεῖθυσαν ἀεξινῶν ἀπὸ βίβλων  
 Καὶ κλιῖον εὐεπίης φρενοθελγέου αἰὲν ἔχουσα,  
 Κλυτε θεοὶ σοφίης ἱερῆς οἰήκας ἔχοντες,  
 Οἱ ψυχὰς μερόπων, ἀναγωγίον ἀψάμενοι πῦρ,
- 20 Ἐλκετ' εἰς ἀθανάτους, σκότιον κευθμῶνα λιπύσας,  
 Ἰμνων ἀρήτοισι καθηραμένας τελεῖσι.  
 Κλυτε σωτῆρες μεγάλοι, ζαθίω δ' ἀπὸ βίβλων  
 Νεύσατ' ἐμοὶ φαῖον ἀγνόν, ἀποσκαδάσκιλος ὁμίχλην,  
 ὄφρα κεν εὐγνώην θεὸν ἀμβροτον, ἰδὲ καὶ ἀνδρα.
- 25 Μὴ δὲ με ληθαίοις ὑπὸ χύμασι μέλα φέζων  
 Δαίμων αἰὲν ἔχει μακάρων ἀπάνευθεν ἴοντα,  
 Μὴ κρυεῖς γενέθλης ἐν κύμασι πεπτωκῶν  
 Ψυχὴν ἔκ ἐθέλωσαν ἐμὴν ἐπιδηρὸν ἀλάσθ  
 Πονή τις κρυεῖσα βίβη δασμαῖσι πεδήση.
- 30 Ἀλλὰ θεοὶ σοφίης ἐριλαμπέου ἡγεμονῆς  
 Κίλυτ', ἐπεγομῶνα ἢ πρὸς ὑψιφύθητον ἀταρπῶν  
 Ὅργια καὶ τελετάς ἱερῶν ἀναφαίνετε μύθων,

εἰς Ἀφροδίτην.

- Ἰμνέομεν σερῆν πολυώνυμον Ἀφρογενεῖς  
 Καὶ πηγὴν μεγάλην βασιλῆον, ἧς ἀπο πάντες  
 Ἀθάνατοι πλερόντες ἀνεβλάστησαν ἔρωτες,  
 Ὡν οἱ μὲν νορεῖσιν οἰσεύσαι βελέμοις
- 5 Ψυχὰς, ὄφρα πόθων ἀναγωγία κίηρα λαχῶσαι  
 Μητέρου ἰχανώσων ἰδεῖν πυριφεγγείας αὐλάς.

Eripit infestis quæ gignit terra periclis,  
 Et properare docet præalti flumina Lethes  
 Ut superent, puræ cognata sibi astra petentes,  
 Unde etiam egressæ ante, hoc ad genitabile littus  
 Appellunt, terrenæ insano fortis amore.  
 Urit idem hoc æstrum quoque nos, hoc sistite divæ,  
 Nosque furore sacro percellant dicta Sophorum;  
 Ne facile abripiant homines male relligiosi  
 A sacrosancto felicitis tramite lucis,  
 Ex turbis varie peccantis material.  
 Ad castam lucem palantem abducite mentem,  
 Ut libris vestris, unde est, sapientia abundet  
 Eloquiique, animos mulcentis, laude perennet,  
 Magnæ audite Deæ, quæ docta gubernata tenetis,  
 Ducentes hominum, flamma sublime trahente,  
 Accensa, ad superos mentes ex nocte profunda,  
 Hymnorum arcanis purgatas undique sacris.  
 Magnæ audite Deæ, divinaque scripta legenti  
 Disiectis tenebris mihi purum affundite lumen,  
 Ut summum Numen, mortales ut bene noscam.  
 Ne forte oppressum Lethæis noxius undis  
 Me Dæmon teneat sejunctum a sorte beata.  
 Ne quoque materis ærsam torpentis abyssis  
 Hancce animam, longos nollet quæ ferre labores,  
 Innectat vitæ duris pœna horrida vinculis.  
 Vos audite Deæ, vestrum est sapientia regnum.  
 Tendenti propero cursu ad sublimia, vestra  
 Orgia, & arcana doctrinæ pandite sacra.

3. IN VENEREM. Interprete Hugone Grotio.

Æternam Veneris seriem cantare paramus  
 Et regale sacri fontis caput: unde profecti  
 Immortale genus, pennatum numen amores:  
 Quorum alii telis mentem ferientibus urunt  
 Pectora, ut illecebris sublime trahentibus ista  
 Matris conspiciant rutilum fulgentia templa:

T t t

Ast

- Οἱ δ' πατρὸς βελήσιν ἀλεξικάκοις ἴε προνοίας,  
 Ἰάμβοι γυνήσιν ἀπείρονα κόσμον αἰξέν,  
 Ψυχαῖς ἡμέρον ἄρσαν ἐπιχθονίς βίότοιο.
- 10 Ἄλλοι δ' ἐγγαμίων ὁάρων πολυειδέας οἴμους  
 Αἰὲν ἐποπτεύουσιν, ὅπως θνητῆς ἀπὸ φύτλης  
 Ἀθάνασον ἰεύχουσι δυπαθείων γένεσ' αἰδέων.  
 Πίσιν δ' ἔργα μίμηθεν ἐρωτολοκῆ Κυθρείης.  
 Ἄλλὰ θεῶ· πάλη γὰρ ἔχεις ἀρήκοον ὕας·
- 15 Εἴτε πῶτε Φύγεις μέγαν ἄρانون, εἴθ' αὖ σέ φασιν  
 Ψυχὴν ἀνάσ πέμπειν κόσμοιο θεείην.  
 Εἴτε καὶ ἐπτά κύκλων ὑπὲρ αἰήλας αἰθέρι ναίεις,  
 Σηραῖς ἡμετέραις διωάμις προχίασ' ἀδαμάστας,  
 Κέκλυθι, καὶ πολύμοχθον ἐμῆν βίότοιο πορείην
- 20 Ἰθύνοικ, σέο πότνα δικαιοτάταισι βελέμοικ,  
 Οὐχ ὅσιων πάυσσα πόθων κρυύσασαν ἐρωήν.

Ἄλλε εἰς Ἀφροδίτην.

- Ἰμνέομαι Λυκίων βασιλιίδα κυραφροδίτην,  
 Ἦς ποτ' ἀλεξικάκοισι πῶτε πληθόντες ἀρωγῆς,  
 Πατρίδ' ἡμετέρης θεοφράδομοις ἡγεμονίης,  
 Ἰερὸν ἰδρύσατο κατὰ πτολίεθρον ἄγαλμα,
- 5 Σίμβολ' ἔχον, νοσοῖο γάμω, νοσῶν ὑμεταίων,  
 Ἠφαίστω τυρέει' ἰδ' ἄρνας Ἀφροδίτης  
 Καὶ εἰ θεὸν οἰόμεθ' Ὀλύμπιον, ἧς διὰ κάρη' ἔστι  
 Πολλάκι μὲν θανάτου βροτοφθόρον ἐκφυγον ἰόν.  
 Ἐς δ' ἀρετὴν ἔχον ὄμμα· Ἰελοσιγύνων δ' ἀπὸ λείπτρων.
- 10 Ἐμπεδ' ἀγλαδμητὶς ἀνασταχέσκει γενέθλη  
 Πάλη δ' ἠπιόδωρε' ἴην βίότοιο γαλήνης.  
 Ἄλλὰ καὶ ἡμετέρας ὑποδέχυσσε πύτνα θυλήν  
 Ἐμεπῆς. Λυκίων γὰρ ἀφ' αἰμά' εἰμὶ κ' αἰψός.  
 Ψυχὴν δ' ἀψ' ἀνάειρον ἐπ' αἰχρῶ εἰς πολὺ κάλλεσ',
- 15 Ἰηγεῖ προφυγῶσαν ὀλοῖον οἴστρον ἐρωῆς.



- Ast alii Patris imperio sapienti potentis,  
 Perpetuam cupidi Sobolem submittere mundo,  
 Immittunt animis vitæ terrestris amorem.  
**10** Rursum alii cœtus & fœdera conjugiorum  
 Cum magna curant cura . . . mortalis ab ortu  
 Seminis ut semper genui . . . immortale propagent.  
 Omnibus hic labor est Veneri fervire parenti.  
 O Dea, nam nihil est tua quod non audiat auris,  
**15** Immenlum cœli feu circumvolveris axem,  
 Diceris unde animam mundo inspirare perennem:  
 Seu septemgeminos orbes super, æthere summo,  
 Suppeditas nostris connexibus indomitam vim,  
 Audi, te veneror: Mœstumque laboribus ævum,  
**20** Justificis semper telis mihi sancta gubernas;  
 Antecavens, facibus pateant ne corda profanis.

4. *Alius IN VENEREM Hymnus*, eodem Hug. Grotio interprete.

- Reginam Lyciæ gentis Venerem celebramus,  
 Cujus ope auxilium nacti certamque salutem  
 Primores patriæ, sacrorum conscia corda,  
 Urbe sua sanctum delubrum rite dicarunt,  
**5** Fœdera casta notans, animo quæ cernere solo est,  
 Cœlicolæ Veneris Volcanique ignipotentis:  
 Unde tibi Dea Nomen Olympia: Namque tua vi  
 Vastam perniciem sæpe evasere, tenentes  
 Virtutem ante oculos. Fœcundo quippe cubili  
**10** Exoriebatur robusta ac provida proles,  
 Vitaque ridebat pasfim vernante sereno.  
 Nunc quoque diva favens nostræ cape dona Camœnæ,  
 Namque & nos Lycio de sanguine duximus ortum.  
 Arce animam probris & honesti subijce flammæ,  
 Terrigenæ pellens furiatum virus amoris.

V. Εἰς τὴν Πλάτωνος Θεολογίαν βιβλία 5' *In Theologiam Platonis libri sex.* Opus subtile & eruditum, sed ex quo Syriani ac Procli citius quam Platonis de DEO & rebus divinis sententiam didiceris. Hermannus certe Conringius in libris de Hermetica disciplina pag. 12. Theologiam quam in illis libris tradit Proclus, inepte ab eo Platoniam dici affirmabat. Sed hoc solenne recentioribus a Plotino usque Platonicis, ut mille aliena dogmata Philosophi illius doctrinæ sive adtexant sive substituant, & tamen pro genuino universa venditent Platonismo, quasi Plato si non ita sensit certe debuerit ita sentire ut ipsi comminiscuntur. Proclum singillatim observat G. Pachymeres frequenter usum esse scriptis quæ referuntur ad Dionysium Areopagitam, præm. Tom. I. pag. LXIII. Ἰσίου ὡς καὶ τῶς τῶν ἑξυ φιλοσόφων, μάλιστα Προκλ. Θεωρήμασι πολλάνκι τὸ μακαρὲς Διονυσίῳ πέχρηται, καὶ αὐταῖς ἡ ἑρῶναι ταῖς λέξασι. Hæc e Pachymeres repetit Suidas in Διονύσι. Primus Procli Hexabiblon ex codice Bibliothecæ Gottorpiensis jussu & auspiciis Principum gloriolæ memoriz Johannis Adolphi & Friderici in lucem curante Frid. Lindenbrogio \* protulit & versione addita illustravit *Emilius Porum Ferrariensis*, Francisci Porti Cretenfis filius, Hambürgi 1618. fol. Idem opus cum scholiis græcis marginalibus occurrere in Bibliotheca Augustissimi Imperatoris refert Lambecius lib. VII. pag. 37. Idem alibi testatur in eodem Thesauro librario extrare versionem antiquam Guil. de Morbeka monachi Dominicanæ qui Clementis IV. Papæ pœnitentiarius fuit. Vide lib. III. pag. 323. & lib. I. pag. 147. seq. ubi promissit se illam translationem cum variis lectionibus græcis ex Codd. Vindob. editurum in supplemento Philosophiæ Platonicz, sed cujus vulgandi spes non minus quam tot aliorum egregiorum promissorum ipso defuncto jam dudum intercidit.

VI. Στοιχίωσις Θεολογικὴ, κεφάλαια σιδ *Inspiratio Theologica* sive propositiones 211. \*\* cum totidem demonstrationibus. Latine ex versione Francisci Patricii lucem adspexit Ferrariz apud Dominicum Mamarellum 1583. 4. titulo *Elementorum Theologicorum.* Proclo Patriarchæ CPolitano male tribuitur a Verderio in iterata edit. Bibl. CPolitanz. Græce cum Francisci Porti translatione subjecta est libris sex Theologiæ Platonicz, quos jam diximus prodidisse Hambürgi 1618. fol. Vetus latina interpretatio *Guilelmi de Morbeka* sive *Morbeka*, abso-

\* Vide Guil. Cambdeni Epistolas p. 173.

\*\* Capita 100. de perfectione MS. Gr. Cod. 2983. Regis Gall.

absoluta Viterbii Ann6 C. 1168. servatur MS. in Bibl. Vindobonensi ut testatur Lambecius lib. VII. p. 38. Exstat etiam Cantabrigiz in domo S. Petri, & inter libros Holstenianos Bibliothecz hujus urbis Johannez. Ibidem prater Theologiz Platonicz libros sex & *τοιχειώσιω Θεολογικῆν* græce occurrunt Nicolai Episcopi Methonensis, qui circa A. C. 1190. floruit, animadversiones in Procli institutionem Theologicam, quibus falsa præcipue de fato doctrina, una cum aliis quibusdam Procli dogmatis a Christiano sensu alienis oppugnatur. *Νικολαῦ Ἐπισκόπῳ Μεθώνης ἀνάπτυξις τῆς Θεολογικῆς τοιχειώσιως Πρόκλου τῷ Ἀκρίῳ, Πλατωνικῷ Φιλοσόφῳ, πρὸς τὸ μὴ συναρπαζέσθαι τῶν ἀναγινώσκοντος ὑπὸ τῆς ἐπιφανομένης αὐτῇ πειθανάγκης, καὶ σκανδαλίζεσθαι κατὰ τῆς ὑγιᾶς πίστεως.* Codex hic in folio, pollicis altitudine, quem Holstenius descripsit ex Vaticano 616. in fronte præfixa habet hæc verba Jobi XXIX. 3. *τῷ Φωτὶ αὐτῷ ἐπορευόμην ἐν σκοτίῃ.* In Catalogo MSS. Holstenianorum apud Morhofium τὸν μακαρίτην I. Polyhistoris pag. 68. idem opus Episcopi Methonensis memoratur his verbis: *Animadversiones in Procli elementa Theologica, ne quis eorum probabilitate ad Arianismum seducatur.* Sed pauca omnino legas in hoc opere adversus Platonizantes Arianos, five Platonicos Arianizantes. In Epistola Johannis Kirstenii ad Holstenium quæ legitur inter epistolas Gudianas pag. 289. ubi ejusdem libri fit mentio; & dicitur fuisse apud elegantissimum Heinsium, Nicolaus iste Methonensis perperam *Methon* vocatur. Hic liber extat etiam num. 129. inter Codices MSS. Sereniff Electoris Bavariz. Expositio fratris Be-realdi Ord. prædicatorum in Elementationem uti vocat Theologiz Procli, cujus principium *invisibilia DEi*, scripta Anno Christi 1454. extat Oxoniz in collegio Balliolensi codice 204.

VII. Περὶ κινήσεως βιβλία β'. *De motu libri duo*, collecti ex Aristotelis Physicorum libro 3. seq. editique græce Basil. 1531. 8. & cum latina versione Justii Velsii, Medici, ibid. 1545. 8. quæ Græcis omisiss etiam lucem adspexit Argentorat. fol. tum Græce & latine cum versione Spiritus Martini Cuneatis. Parisiis A. 1542. 4. Prodigierunt præterea latine translati a Josepho Valdanio, Brixienfi, Basil. 1562. 8. cum ejusdem scholiis, & duobus de mixtione dialogis. Et Gallice Petro Forcadello interprete Paris. 1565. vide Crucimani Bibl. Gall. p. 397. In manu exaratis codicibus hi libelli inscribuntur *τοιχειώσιω Φυσικῆ*, Vide Lambecium lib. VII. pag. 56. Labbeus in conspectu Interpretum

Græcorum Aristotelis & Platonis p. 13. libros duos elementorum Physicorum Procli a Francisco Patritio latine editos a libris de motu male distinguit. Nempe Patricius edidit *ἑρχειώσιν Θεολογικὴν* eique hoste libros duos elementorum Physicorum, in quibus potissimum de motu agitur, subjunxit Ferrariz 1583. 4. Eadem Physica elementa Paris. 4. Græce edita. Procli de loco sententiam expendit Simplificus ad 4. Physic. ubi eum Præceptorem suorum Præceptorum vocat p. 142. b.

VIII. *Υποτύπωσις τῶν Ἀστρονομικῶν ὑποθέσεων, Ἠυποτύπωσις Ἀστρονομικῶν ποσitionum* five compendium quoddam præcipuorum traditorum ab Hipparcho, Aristarcho & a quo interdum dissentit Claudio Ptolemæo, græce lucem adspexit Basilez 1540. 4. Latine vertit Georgius Valla, cujus interpretatio vulgata est Venetiis cum Ptolemæi de victus ratione & aliis, Anno 1498. fol. & iterum una cum Ptolemæi magna Syntaxi latine edita Basilez Ao. 1541. fol. Vertit etiam *Esromus Rudingerus* Pambergensis, Joach. Camerarii gener. Scripsit hoc opus Proclus ex Lydia Athenas reversus, in gratiam amici cujusdam Lydi, qui illum in Lydia versantem eo nomine rogaverat. Eadem in illo præter Aristarchum, Hipparchumque ac Ptolemæi magnam syntaxin, Theodosii sphaerica Heronem Mechanicum *ἐν τοῖς περὶ ὑπεσκοπέων*, Timocharin, Agrippam, Menelaum, & Apollonium Pergæum. Lambecius hanc Procli hypotyposin Astronomicam male ineditis accensuit lib. VII. p. 129. Hujus libri pars pag. 69. sq. agit *ἐπὶ τῆ ἀστρολάβου ὄργανοις de fabrica & usu Astrolabii*, quæ seorsim quoque Latine Venet. 1491. Georgio Valla interprete, & Paris. 1557. 8. cum Nicephori Gregoræ Astrolabio, ad calcem Joh. Martini Poblacionis compendii de usu Astrolabii prodit, & MSta exstat in variis Bibliothecis. Occurrit etiam sub Procli nomine in Bibliothecis quibusdam (ut Vindobonz & Oxonii inter codices Baroccianos) libellus qui inscribitur *Ἐρανδρῶν* five *σχόλιον Προύκλι Ὀυρανολογίῳ* & incipit *Περὶ ἀνατολῶν καὶ δύσεων οἰκείν ἀστρολογικῶς ὁρμωμένῳ μοι κ. τ. λ.* Vide Lambecium lib. VII. p. 87.

IX. *Σφαῖρα. De Sphaera five circulis caelestibus libellus*, totus fere depromtus ex Gemini Rhodii Isagoge in Phænomena, quam post Edonem Hildericum edidit Petavius in Uranologio, Procli sphaera græce primum prodit Venet. 1499. apud Aldum. Ab alio nescio quo misere latine versam ex alio transtulit Thomas Linacer, & dicavit Arturo Principi, ut tradunt Jovius & Georgius Lilius, sive ut Erasmus lib. XXVI. Epistola 14. Regi Angliz Henrico VII. qui ab Andrea Tolofate, præcepto-

reptore Arturi principis monitus jam aliam extare versionem, & mu-  
 jus est aspernatus & in Linacrum velut impostorem inexpiabile conc-  
 cepit odium. Vertit etiam *Elias Vinetus* Santo, cujus interpretatio lucem  
 adspexit cum Paschasii Hamelii commentario in Archimedem de nu-  
 mero arenæ maris, Paris. 1557. 8. extant præterea notæ *Tusani* Paris.  
 1562. 8. & *Georgii Henisbii* Augustæ Vindel. 1609. 4. *Erasmi Oswaldi & bre-  
 henfusi* scholia B. fil. 1571. 8. & Jacobi Ziegleri ibid. 1536. 4. *Johannisque  
 Wöfleri* Justingensis Annos jam 79. nati luculentus (ut visum Vossio p.  
 66. de scient. Mathem.) commentarius Tubing 1534. Szpissime præ-  
 terea lucem adspexit iste Procli libellus, tum seorsim, ut cum versione  
*Laur. nbergii*. Rostoch. 1711. 8. tum adiunctus sive præfixus Arato,  
*Philosopho* Alex. Cleomedi. Basil. 1523. 1547. 1561. 1585. 8. Eximiaz  
 editiones Gr. lat. Paris. 1553. 4. & quam ex codicum MStorum colla-  
 tione emendatam cum versione sua typis elegantibus exscribi curavit  
*Johannes Bsinbridge* Astronomiz in Academia Oxoniensi Professor. Lond.  
 1720. 4. Italice per Ignatium Danti lucem vidit Florentiz 1571. 4.

Κ. Παραφρασις εις την 3̄ Πτολεμαϊκῆν τετραβιβλον. *Para-  
 phrasis in Claudii Ptolemæi libros quatuor de siderum effectibus.* Hanc  
 Philippus Melanchthon Vir Astrologiz studiosissimus Græce \* edi-  
 dit Basil. 1554. 8. hoc titulo: Πρὸς τὰ Διαδοχὰ ἀσαφῶς ἐξηγητῶν  
 Ἰεροκλείμου καὶ δυσπαρακολυθῆτος ἐν τῷ αὐτῷ Τετραβιβλῷ ἐπὶ τὸ σα-  
 φέστερον καὶ εὐπαρακολυθῆτον μεταχείρησις. Dicitur Melanchthon  
 Hieronymo a Comerstad qui illi dedit Procli Apographum ex Codice  
 Bibl. Moguntinz descriptum a Jacobo Aurelio Qvestebergio, de quo  
 vide sis Petri Albini Chronicum Misniz pag. 343. & de Comerstadio  
 p. 346. Cum latina versione Leonis Allatii lucem adspexit Lugduni  
 Bat. 1654. 8. Unde emendandus Vossius pag. 205. lib. de scientiis  
 Mathematicis, ubi de tetrabiblo agens *latine*, inquit, *primus reddidit do-  
 ctissimus Leo Allatius*. Quod merito mirabatur Lambecius l. VII. de Bibl.  
 Vindobonensi pag. 89. Sed bene se habebunt Vossii verba, si ea non  
 de tetrabiblo ipso Ptolemæi, sed de paraphrasi tetrabiblia Proclo con-  
 cinnata intelligas. Solent etiam ad Proclum veluti autorem a qui-  
 busdam (utin Catalogo Bibl. Thuanæ Tom. 2. pag. 109.) referri *scholia  
 eius ἐξηγησις* in idem Ptolemæi quadripartitum, quam Henri-  
 cæ Petri Basil. 1599. fol. sine nomine autoris una cum Porphyrii, sive  
 Philonii potius, in Tetrabiblum isagoge sed admodum corrupta &  
 f hu-

\* Non cum versione, ut legas in Diario insigni literario cum titulus *monastlicher  
 Statug* A. 1700. pag. 810.

scholiis e Demophilo collectis & ab Hieron. Wolfio latine versis, librisque duobus Hermeti tributis qui latine tantum exstant de revolutionibus nativitatum græce ac latine edidit cum *Anonymi*, an Hieronymi Wolfi? versione meliore paullo quam versio Georgi Vallæ A. 1502. Venetiis edita sic, ut auctor libri non tantum interpres Vallæ venditur. Auctor, quisquis est p. 48. 110. 139. allegat Dorotheum, p. 88. Cleopatram, p. 169. Porphyrium Philosophum, & p. 63; videtur commentarium in Canonem Ptolemæi promittere. τὰυτὰ γὰρ ἡ γῶ κανόνι μαθησόμεθα. pag. III. λέγει ἡ παλαιὴ τὸν Νεχεψῶ \* ἡ Περίσιων, ἅτοι γὰρ πρῶτοι τὸ δι ἀερολογίας ἐξήλωσαν προγνωστικῶς. Nulla autem est ratio cur illa ἐξήγησις Proclo tribuatur, & qui hoc primi fecerunt videntur illam incauti cum paraphrasi, quam a Proclo compositam esse jam diximus, confudisse. Cæterum paraphrasis ista satis fideliter Ptolemæum exponit si a locis quibusdam paucis discesseris; in quibus nonnulla auctoris sui est prætervectus, ut manifestum erit ei qui Procli paraphrasin pag. 184. 225. 233. 254. 263. cum Ptolemæo ipso contulerit. Fortasse non deerunt, qui dicent Proclum ista in codice suo non reperisse, sed codices græci Ptolemæi & Arabica versio illis in locis conspirantes sudent mihi ut malim credere ibi aliquid a Proclo fuit omissum.

XI. Εἰς τὸ πρῶτον τῶν Εὐκλείδου στοιχείων βιβλία δ'. In primis elementorum Euclidis libri quatuor, quorum primo de natura, generibus & usu Mathematicarum disciplinarum disputat, secundo de Geometria, quo etiam p. 19. claros recenset Geometras ante Euclidem, tum de Euclide ipso differit ejusque scriptis & præcipue de præclaro elementorum opere, in quod deinceps incipit fuscæ & erudite commentari. τὴν τε στοιχειωθεῖ δianoian ἐμφανίζων καὶ πρὸς τὰς θεωρητικώτερας ἐπιπέδων ἀφορμὰς διδὼς τοῖς τῶν νοητῶν καὶ ἀφανῶν ὑποκειμένων τῆς γνώσεως ἐπιμελήσεις, ut ipse ait pag. 48. Græce extant ad calcem Euclidis qui scholiis Theonis Alexandrini illustratus prodiit ex officina Hervagiana Basil. 1535, fol. curante Simone Grynzio. Latina versio Francisci Baroccii Patavii Veneti, XXII. nati annos, scholiis & figuris illustrata edita est Patavii 1560. fol. sub titulo Commentariorum ad universam Mathematicam disciplinam, principium eruditionis tradentium. Baroccio iudice in editione Græca Basileensi commentarius Procli dilaniatus potius quam impressus. Præcipue dolendum, quod figuræ Mathematicæ multæ desiderantur, ne de vitis innumeris typographicis dicam.

\* Ita legendum pro χεψῶ, ut p. 112.

dicam. In Bibl. publica Upsalienfi. ex Bat. editio Græca Basileensis, manu Dasyppodii egregie emendata ac suppleta integris quandoque foliis, ut Ericus Benzelius V. C. ad me scripsit. Ex Codice quoque Barocciano 161. in Bibl. Bodlej. lacunas editionis Basileensis licebit supplere; molitusque meliorem editionem prædari hujus Operis Eduardus Bernhardus, \* Vir doctissimus. Cæterum non videtur in cæteros Euclidis libros Proclus scripsisse, quemadmodum recte judicat Petrus Ramus in Scholis Mathematic. Indicem scriptorum qui bene multi in hoc opere a Proclo laudantur, dare me memini libro III. hujus Bibliothecæ cap. 14.

XI. *Ἐπέμνημα εἰς τὰ Ἡσιόδου ἔργα καὶ ἡμέρας. Commentarius in Hesiodi Opera & Dies.* Hic commentarius Svidæ memoratus etiamnum exstat una cum Scholis Emanuelis Moschopuli & Joh. Tzetæ commentario in idem Hesiodi poemata: Sed extat minime integer, nam Tzetza quædam interdum ex eo profert, quæ in editis sub Procli nomine frustra quæras, & initio statim inscribitur non *ὑπόμνημα Προκλου* sed *ἐκ τῶν Προκλου Διαδόχου*. Unde excerpta tantum habere nos recte colligebat Heinsius p. 69. ad Hesiodum. Multus est in sensu Poetæ Morali explicando Proclus, & sæpe præter rem impetitur petulantissimis vani hominis Joh. Tzetæ scommatibus. Editiones scholiorum in Hesiodum tres habemus, primam Venetam ex officina Trincavelli, 1537. 4. elegantem & emendatam, etsi in non paucis deficientem, quam ex MSto suppletam videre me memini inter libros Wowerianos in Bibliotheca Gottorpiensi Serenissimi Holsatiæ Ducis. Plenior est editio Basileensis, 1544. sed passim corrupta, vitiatæque & interpolata. Tertia denique Danielis Heinsii, qui editione Veneta per Vulcanium MSti codicis autoritate suppleta usus, ex hac & Basileensi meliora quæque selegit, pluribusque locis Hesiodi interpretes male a librariis acceptos & in his Proclum castigavit. Lugd. Bat. 1603. 4. Vide si placet quæ dixi lib. 2. cap. 8. Ubi etiam Indicem habes scriptorum in Græcis ad Hesiodum commentariis laudatorum.

XII. *Χρηστομαθίας γραμματικῆς, ἧτοι πρὸς Χρηστομαθίας βιβλία β'* *Eleborum Grammaticorum libri duo.* Equidem in Svidæ Codicibus tres memorantur, & apud Photium initio statim Cod. 239.

U u u

gus-

\* Vide Acta Eruditor. A. 1705. p. 224.

quatuor, sed cum excerpta ex illis dedisset, *οἱ δὲ δύο* inquit *λόγοι τῆς Περὶ τοῦ Γραμματικῆς Χρησμοδίας ἐν τούτοις, αἷμαe bac ex Grammaticorum Procli electorum libris duobus habemus.* Ex his excerptis a Photio (quos sola habemus, opere ipso Procli deperdito) & quæ Andreas Schottus Antwerpæ cum suis & Joh. Petri Nunneseii notis separatim, & Frid. Sylburgius qui ex H. Stephani Magistri sui Codice cum duobus MSS. collato descripserat, castigatum cum notis suis edidit, ad calcem syntaxeos Apollonii Alexandrini Francof. 1590, Hanov. 1615. 4. Ex his in quibus excerptis constat Proclum in hoc electorum opere disseruisse non modo de omni genere carminum, sed etiam de celebrioribus Poëtis *Διέρχεται ἡ τῶν αἰσ διόντε ἐστὶ γένεσι τε καὶ πατρίδας καὶ τῶας ἐπὶ μέγας πράξεις,* ait Photius. Hinc non temere conjicio brevem *ἑκαστοῦ* quam sub Procli nomine edidit Leo Allatius in libro de Homeri *ἑκαστοῦ* V. C. Josua Barneffus præclaræ suæ Homeri editioni præmisit, ex prælo Chrestomatiæ hujus libro decerptam esse.

XIII. *Ἐπιχειρήματα ἢ κατὰ Χριστιανῶν. Duodevīginti ἀρῶνται ἀδυσσεύς Christianos.* Meminit Suidas his verbis: *ὅτις ἐστὶ Πλάτων ὁ δούτις μετὰ Πορφύριου κατὰ Χριστιανῶν τὴν μισαὴν καὶ ἐφέβητον γλῶσσαν κηήσας, πρὸς ὃν ἔγραψε Ἰωάννης ὁ ἐπιπληθὴς Φιλόπονος πάντο θαυμαστικῶς ὑπαντήσας κατὰ τῶν ἢ ἐπιχειρημάτων αὐτοῦ, καὶ ἔλεξας αὐτοῦ πᾶν τοῖς ἑλλησικῶς, ἐφ' ὅς μέγας ἐφρόνοι, ἀμαδῶ καὶ ἐκόντων.* Equidem hoc Philoponi adversus Proclum opus non minus quam Procli ipsius argumenta intercidiſſe putabat Guiljelmus Caveus vir doctissimus in historia literaria scriptorum Ecclesiasticorum, ratus a Proclo ad Celsi, Juliani, Porphyrii denique exemplum, ut ex Suidæ verbis male collegit, universam Christianam religionem illis XVIII. argumentis impugnatam fuisse. Enimvero duodevīginti *ἐπιχειρήματα* Procli directa sunt potissimum adversus unum dogma Christianorum de mundo non æterno, & etiammā extat in *Johannis Philoponi* libris duodevīginti de æternitate mundi contra Proclum, quod hoc ipsum opus est tantis a Suida celebratum laudibus, Lucem vero adspexit græce ex Trincavelli officina Venetiis 1535. fol. & latine ex Versione Joh. Mahotii Argentensæ, Lugd. 1557. fol. Ex versione Casparis Marcelli vero Venet. 1551. fol. quam posteriores non visam mihi memorat Labbeus in conspectu Græcorum interpretum Aristotelis & Platonis p. 9. Hoc Philoponi opus oppugnat Simplicius commentariis ad Physicā & ad librum I Aristotelis de Cælo. Vide infra p. 631. & 651. seq. Adversus Proclum



videas licet etiam Ben. Pererium libro XV. Physiologia. Sed & in aliis scriptis suis Proclum hinc inde perstringit Philoponus Ammonii illius qui Proclum audivit discipulus, nominatim in libris commentariorum ad Hexaëmeron, quos a Balchafare Corderio Viennæ Anno 1630. 4. Græce ac latine vulgatos, ex eodem quo Corderius usus est MSto codice Vindobonensi longe meliores edere receperat Petrus Lambecius lib. 1. p. 138. seq. lib. 3. p. 75. Gravisime etiam in Proclum invehitur Georgius Pisides in κοσμογονία, v. 50. sq. quæ vel hinc patet quam falso olim Romæ Anno 1590. 8. vulgata sit ab Hieronymo Bonello Jesuita sub Cyrilli Alexandrini nomine hoc titulo: τὸ ἐν ἀγίας πατρὸς ἡμῶν κυρίῳ Πατριάρχῳ Ἀλεξανδρείας περὶ ζώων ἰδιότητος καὶ φύτων διὰ τὴν ἰαμβλικῶν. Sed Procli scripta recensere pergamus.

XIV. Ἐἰς τὸν τῷ Πλάτωνος Τιμαίου ὑπερμεγέθυν βιβλίον ἑ. *Commentariorum in Platonis Timeum libri quinque.* Opus insignis, atque ut Holstenio pag. 81. ad Porphyrium audit, admirandum, in flore ætatis, cum duodetriginta annos natus esset, a Proclo elaboratum, ut testatur Marinus pag. 31. qui pag. 93. etiam autor est id omnibus cæteris scriptis illius prælatum fuisse. Cæterum quinque libris qui extant non integer Timæus Platonicus, sed vix tertia ejus pars explicatur, desinit enim liber quintus in his verbis Platonis edit. Gr. Basil. pag. 483. v. 4. Καὶ περὶ ψυχῆς δι' αἵτις αἰτίας καὶ προνοίας γίγνεται θεῶν τῷ μάλιστα αἰκότως ἀντερχομένων ἕτω καὶ κατὰ ταῦτα προενοούμενος διαζήτησιν. Quare fortassis non erraverit qui suspicetur plures Procli in Timæum Platonicum libros commentariorum intercuisse temporis injuria. Allegatur in Catena ad Pentateuch. a Francisco Zephyro latine edita pag. 9. & ab Olympiodoro ad 3. Meteor. pag. 202. (59. b. Gr.) ex parte commentarii Procli deperdita ut notat Ez. Spanhemius ad Callimachum p. 211. Ipsum porro Timæi Locri libellum Dorice scriptum περὶ ψυχῆς κόσμου ex quo Plato dialogum suum (observante jam olim Timone Sillographo) concinnavit, servatum Proclo itidem debemus, qui eum commentariis suis præmiserat, & in iisdem passim Timæi verba citat in testimonium. Prodiit Timæi Locri libellus, ex Georgii Villa versione primum Latine Venet. 1498. fol. deinde Lud. Negarole Græce & Latine Parisiis A. 1555. 8. ex Morelli officina, tum frequenter admodum in editionibus Platonis Græcis, Aldina, Basileensi &c. Latinis itidem ex versione Marsilii Ficini, & Græcolatinis denique, vel ejusdem Ficini, vel

Joh. Serrani versionem, argumenta & animadversiones junctas habentibus. Græce & Latine etiam occurrit cum brevibus notis & versione Joh. Serrani inter opuscula Mythologica Physica & Ethica a Thoma Galeo viro doctissimo edita Cantabrigiæ Ao. 1671. & Amstelodami Anno 1688. 8. Procli commentaria lucem adspexerunt Græce, subjecta operibus Platonis Basil. A. 1534. ap. Joh. Valderon & 1556. fol. ex officina Henrici Petri. Nicolaus quoque Leonius Thomæ latine vertit ex libro Procli tertio explicationem Platonis ex Timeo, ubi de animorum generatione agitur, additis numerorum harmoniarumque figuris. Venet. 1525. 4. cum paraphrasi in Aristotelem de animalium motione & incessu, & versione Mechanicorum Questionum & Thomæ questionibus XX. & naturalibus LXXXI. Paris. 1530. fol. apud Simonem Colineum. Passim Philosophus in hinc commentariis adhibuit & allegat alios scriptores qui in Timeo Platónico interpretando erant versati, ut Adrastum Peripateticum, Elianum & Albinum Platonicos, Aristoclem, (Asclepiodotus cujus *ἰστορημα* in Platonis Timeum laudat Olympiodorus in Aristot. Meteora l. 4. junior est) Clearchum, Crantorem, Dercyllidem, Jamblichum præcipue, sed & Longinum quem sæpe refellit, tum Numenium, Origenem (diversum utique ab Adamantio) Plutarchum Chærensem, Porphyrium, Ptolezum Platonicum, Severum, Taurum, cujus fragmentum occurrit etiam ap. Philoponum ad verbum Proclum de æternitate mundi VI. 8. ac Theodorum Asinzum, quem interdum simpliciter *Ἀμμωνίου Φιλοσόφου* vocat ut libro 2. in Eubidem pag. 36. In primis autem utramque paginam facit ibi Syrianum, cujus explicationes etsi quandoque subtiliores, quam veriores, non dubitat semper fere sequi & reliquis omnibus præferre. At ratio nominetenus illum compellat, sed vel *καθηγεμόνα* vel *διδασκαλον*, aut *καθηγεμόνα* vocando innuit. Vehementer itaque eos fugit ratio qui in editione Græca pag. 7. ad verba *ἃ δὲ ὁ ἡμέτερος καθηγμένον ἐστίν* *ἀμμόνιος*, in ora libri notarunt Ammonium intelligi. Discipulus enim non Præceptor Procli Ammonius, nec dubium est ibi ut in aliis horum commentariorum locis infinitis & pag. 368. ad Politiam innui Syrianum. Neque vero contentus Platonis sensum simplici modo Proclus eruisse, verba illius in omnes partes versat, inveniens quandoque sensum *Logicum, Ethicum, Physicum, Theologicum*, & un-

\* Confer Olympiodorum in Platonis vita p. 588.

de occasio illi inter non paucas subtiles nugas multa quoque praeclara & legi apprime digna afferendi. Dolendum autem plurimis libroriorum mendis hoc commentarios scaterere, quorum nonnulla inter legendum a me observata in indice quem subjicio scriptorum exponaxi. Nunc antequam progredior, moneo extare in Augustanae Bibl. codicem infiguem horum commentariorum MS, quem laudat Clariss. Eschenbachius in Epigene pag. 72. sq. Deinde subjungo iudicium Radulphi Cudworthi viri de historia vetere Philosophica optime promenti, quod de Proclo & his ejus commentariis tulit in opere incomparabili Anglica lingua edito, genuino systemate v. 177. p. 306. Ait ibi Proclum non paucas proprias sibi & singulares opiniones commentum Platonicam simul Philosophiam mirifice confudisse, & ei admiscuisse obscurissimas quaedam & aegre comprehendenda dogmata. *Proclus had some peculiar phansies and whimsseys of his own, and was indeed a confounder of the Platonick Theology, and a mingler of much unintelligible stuff with it.* Quod vero Farinus ad Zach. Scholaisticum pag. 237. ait Proclum *θεωρήμασιν πολλὰ κίς τῷ μακαρίῳ Διονυσίῳ* (Dionysii Areopagitae) *κεχρησάται, καὶ αὐταῖς δὲ ταῖς ἐξηγήσιν λίσσεται*, Verba repetita sunt ex Suida in *Διονυσίῳ*.

XV. *Εἰς τὸν Πλάτωνος Ἀλκιβιάδην.* In Alcibiadem priorem Platonis. Excerpta ex hoc commentario latine a se reddita vulgavit *Marsilius Ficinus*, titulo *Procli de anima ac demone, de sacrificio & Magia*. Venet. 1497. & 1510. fol. apud Aldum, cum Jamblichio sive excerptis ex Jamblichii libro de Mysteriis Aegyptiorum & aliis scriptis. Prodierunt etiam plus simplici vice Lugduni, minore forma, tum Parisiis, Basileae & aliis in locis, sed & inter Ficini opera Basil. 1562. 1570. Paris. 1641. fol. Commentarius ipse Procli graece manu exaratus, sed vix dimidiam partem Alcibiadis Platonis exponens, desinensque in verbis p. 119. seq. edit. Basil. *ὅτι τῶν αἰσθητῶν καὶ ὁσόν αἰσθητῶν, αγαθόν*, occurrit in variis Bibliothecis Gallicae, Anglicae, Italicae: Etiam Lugduni Batavorum inter libros Isaacii Vosii & Hamburgi in Bibl. Johanneae ex legato viri summi Lucae Holstenii, quem codicem evolvens observavi a Proclo laudari quoque Jamblichom in Alcibiadem, quod facit & in suis ad eundem Platonis Dialogum praelectionibus ineditis *Olympiodorus*. Idem plus simplici vice non Harpocratonis modo sed & Procli & Damascii commentarium memorat, ut autor mihi videatur junior quidam

etiam & diversus ab Olympiodoro Procli præceptore. Hoc certe verisimilius, quam quod Lambecius lib. 7. p. 51. seq. commiscitur, prælectiones istas Olympiodori a juniore quodam interpolatas esse. Interpolata igitur etiam fuerit vita Platonis, ob Olympiodoro isto scripta & post Laertium edita, in qua Proclus itidem laudatur. Illa nempe vita, ut hoc obiter notem, ex prima *πράξι* sive lectione commentariorum Olympiodori in Alcibiadem deprompta est. In Bibliotheca Vindobonensi latinam *Antonii Hermannii Gogava* Græviensis versionem commentarii Procli in Alcibiadem extare monuit Lambecius lib. VII. p. 43.

XVI. *Ἐἰς τὴν Πλάτωνος πολιτείαν*, in libros Platonis de Republica. Ad calcem operis Procli in Timæum in utraque Græca editione extat (non commentarius integer aut expositio perpetua ejusdem Philosophi in Platonis libros de Rep. sed) Collectio quædam variarum dissertationum sive prælectionum ab illo Athenis publice propositarum, quarum prima traduntur quæ observanda sunt Remp. Platonis exposituris. In cæteris varia Platonis loca ac sententiæ ex iisdem de Rep. libris (tum ex aliis quoque illius Philosophi dialogis, ut ex Phædro p. 398.) nullo librorum ordine Philosophice ac Theologicè illustrantur. Præcipue autem fabulis Homeri aliorumque Poetarum de Diis commodum sensum afferre Proclus isto opere conatus est, ut juxta quædam pro Homero Apologia in hisce dissertationibus contineri videatur, quam Conradus Gesnerus latinitate donatam seorsim edidit Tiguri 1542. 8. hoc titulo: *Apologia quadam pro Homero & aliis Poeticis fabularumque aliquot enarrationes ex commentariis Procli Lycii, Diogenis Philoſophi Platonici in libros Platonis de Rep. in quibus plurima de Diis fabulis non juxta Grammaticorum vulgus Historice, Physice aut Esbice tractantur sed Theologicè, ut gentiles loquuntur, ex prima Philosophia rationibus explanantur*, Cons. Kircherum II. Oedipi l. p. 170. sq. Nempe jam olim observavit Tertullianus Ethnicos cum fabularum puderet, quas de Diis commentarij essent ad interpretationem rerum naturalium (his adde etiam Divinas) confugisse, & dedecus summi ingenio obumbrasse, sive ut Arnobii verbis utar, *que scriptorum suorum impiam defendere audaciam, allegorias res illas & naturæ fieri mentiti sunt esse de Etinas lib. 4. p. 150. Clemens X. recognit. p. 510 Orphei & Hesiodi scripta in duas partes intelligentiæ dividuntur, id est secundum litteram & secundum allegoriam. Et ad ea quidem que secundum litteram sunt, ignobilis vulgi turba confluit, ea vero que secundum allegoriam consistunt, unius Philoſophorum & eruditiorum loquacitas admirata est.* Illius allegorici sen-

sensus specimen eodem libro subjungitur, cui addenda homilia sexta  
 Clementinorum p. 664. seq. edit. Joh. Clerici. Vide & Nazianzenum  
 Orat. 3. sub extremum, ubi reprehendit Ethnicos sæpe sub pa-  
 rum honestis & turpissimis imaginibus arcana sua occultantes. Qui  
 vero Poëtas ac speciatim Homerum ad Ethicum & Phyticum sensum  
 revocare conatus est, primus fuisse videtur Anaxagoras cum discipulo  
 Metrodoro Lampfaceno de quibus Laërtius II. 11. ac de Metrodo-  
 ro etiam Tatianus p. 80. Confer quæ Menagius ad illum Laërtii lo-  
 cum & de Cronio Pythagorico Porphyrius apud Stobzum p. 152. Eclog.  
 Imprimis Plato connatus est allegoricis fabularum sensibus quæ sitis  
 illarum absurditatem utcunque abstergere, unde Gvil. Nicholsonus  
 Platonem ait inter primos fuisse qui *as de Condoms of Paganism*, tan-  
 quam Bossveri quidam Pagani, Æthiopem dealbare & insulsa com-  
 menta suorum, excogitatis honestis interpretationibus verifimilio-  
 ra reddere allaborarunt, parte 2. collat. cum Theista p. 42 seq. So-  
 crates tamen ipse apud Platonem in Phædro negat sibi esse otium  
 universa *αἴτια* fabularum ad convenientem sensum deducere.  
 Quod difficillimum item esse affirmat Strabo libro decimo. Et  
 paucis omnino locis ac vix obiter Plato hoc fecit, tum Poetas etiam  
 exesse jusfit e sua Rep. Juniores vero Platonicæ atque in his Proclus  
 omne ingenium suum eo impenderunt, ut abstrusissima quæque  
 dogmata de rebus divinis sub illo fabularum velamine delitescere  
 ostenderent. De Stoicis autor est Cicero 1. de natura Deorum,  
 Zenonem, Chrysippum, Diogenem Babylonium aliosque fabellas  
 Hesiodi, Homerique ad Physiologiam & ea quæ de Diis immortalibus  
 ipsi sentiebant, accommodare studuisse, adde Menagium ad Laërt.  
 VII. 148. Et de Porphyrii libro *περὶ τῆς ἀλληγορικῆς Ἑλλάδος καὶ  
 Ἀγυπτίων θεολογίας* Petavium p. 88. ad Julianum. Michaëlis Pfellii  
*ἀναγωγὰι* Phycico Morales in fabulas quasdam Græceditæ a Conr.  
 Gesnero ad calcem allegoriarum Heraclidis Pontici. Alexander in pro-  
 blematis p. 275. memorat librum secundum *ἀλληγοριῶν τῶν εἰς θεῶν  
 ἀναπλαττομένων ἱστοριῶν*. Aristoteles autem parum omnino univer-  
 sè huic lubricæ circa fabulas industriz tribuit, cujus verba hæc sunt  
 lib. 3. (in quibusdam edit. lib. 2. cap 4.) *Μεταφυσ. ἐν τῶν μου-  
 θικῶς σοφισμένων ἐκ ἀξίον μετὰ σπουδῆς σκοπεῖν.* m se  
 tia Epicuri, ut docet Vellejus apud Ciceronem Stoicos is, i  
 adde Gassendum ad hoc Epicuri de sapiente essatum apud L. m:

μηδὲ πλείων ἐκείνα. Judæi tamen & Christiani plurimi etiam nunc malunt cum Stoicis & Platonice non tantum sensum Historicum, Physicum ac Moralem in fabulis illis querere, uti haud absurde sæpe numero faciunt veteres Grammatici, & Palzphatus cum cæteris *αἰσίων* scriptoribus, Phornutus libro de Diis, & alii: sed quoq; sensum Chemicum in illis ruspantur & Astrologicum, quin imo Theologicum deniq; Ex Judæis sufficiat nominasse Leonem Hebræum in dialogo de amor, castigatum a Jac. Thomasio Ἰὴ μακρόβιου in Programme 63. & Exercitatione Anno 1676. edita de fabularum Poeticarum vario sensu. Sic Moseh Albelda in libro *Draach Mose* etiam ex Talmudicis fabulis Mysticum sensum elicere conatus est, sed frigidum passim & insulsam, ut exemplis quibusdam ostendit Gvil. Henr Vorstius in Bibliographia veritatis p. 175. seqq. Inter Christianos Scriptores quis ignorat a doctissimo quoque fabulas Poëtarum Ethnicorum certatim ad historiam sacram trahi? Video præterea laudari Thomæ de Wallis Concordiam inter sacram scripturam & fabulas Poeticas pia moralisatione institutam. Omitto Mich. Mayeri, Adami Habercornii Physici Cizensis, Jacobi Tollii & aliorum scripta fabulas istas Chemicè explicantium, quod a sensu autorum opido alienum esse merito judicavit Gabriel Naudæus in Apologia pro Magis. Naudæus Comitem, Baconem Verulamium, Johannem Turnæum & alios qui Physicè interpretantur, non minus a sententia auctorum aberrare contendit Joh. Clericus T. 15. Bibl. Universal. p. 57. seqq. Idem Vir Clariss. historicum sensum sub fabulis delitescere eodem loco non dubitat, idque pluribus confirmavit in suis ad Theogoniam Hesiodi notis & in dissertationibus de Hercule, Adonide ac Cerere, quæ Tomo 1. 2. & 6. Bibliothecæ jam dictæ universalis inseruit. Eandem causam tribus voluminibus nuper egit Banierus, Gallice editis sub titulo *explication Historique des Fables*. Feruntur & olim Manichæi dogmata sua in fabulis Poëtarum adumbrata jactasse, ut passim docet Alexander Lycopolita in libro de eorum placitis. Sed tempus est ut missis fabulis earumque incertis allegoriis ad Procli scripta redeamus, Ex iisdem in Platonem de Rep. Commentariis demonstrationes Procli ex libro IV. de Rep. quod tres sint animæ humanæ partes, Græce ap. Joh. Valderum, sine temporis notatione Basil. 8. editæ sunt cum Platonis, Aristotelis, Xenophontis, Plutarchi & Alex. Aphrodisæi scriptis quibusdam Ethicis ac politicis pag. 473. - 486. Svidæ

Svidz memorantur *Procli in Politiam Platonis libri quatuor*, quod opus magis integrum fuisse videtur quam dissertationes editz de quibus jam egimus. Eis hinc inde in ora Codicis Medicei adrexta sunt quzdam scholia nescio cujus auctoris adhuc *αίνεδοτα*. Desideratur etiam in editis Commentarius sive dissertatio Procli in locum Platonis X. de Rep. ubi de Ere Armenio, *MSts in Bibliotheca Nobilium Saluatorum Florentiz*, ex qua in medium nonnulla minus protrita de hominibus rediivivis affert Alexander Morus in notis ad quzdam loca Novi fœderis ad Joh. XI. 38. Actoz. XX. 10. Rom. VI. 4. Vide etiam ad Philip. II. 3. & Hebr. XI. 1. Procli dissertationes aliquot in Remp. Platonis hæctenus non editæ fuerunt etiam in Bibliotheca Lucæ Holstenii, Viri Clariff.

XVII. Solent præterea Proclo in *MStis* quibusdam, ut in codice Vindobonensi & Barocciano, & tribus Regis Galliz ap. Labbena pag. 109. Bibl. nov. MSS. tribui *Characteres Epistolici*, qui brevis libellus incipit *ὁ μὲν ἐπιστολικὸς χαρακτήρ κ. τ. λ.* & sine nomine auctoris Græce prodiit typis Regis ex officina Fed. Morelli 1577. 4. sub *Libanio* nomine Græce cum versione Casp. Stiblini præmissus est Phalaridis & Bruti Epistolis ap. Commelin. 1597. 8. Latine ex Wolfgangi Anemœcii versione extat in Gilberti Cognati farragine Epistolarum Laconicarum. Basil. 1554. 12. Alius Libellus ejusdem argumenti sine nomine auctoris extat in collectione Epistolarum Græcarum Aldina & Græcolatina quam ad Cujacium vulgo referunt p. 164. incipit: *τῶν ἐπιστολικῶν τυπῶν, Ηρακλίδου, ἐχόντων τὴν θεωρίαν κ. τ. λ.* Hunc alii Libanio, alii Theoni vindicant. Libanio etiam tribuit Joh. Sambucus Methodum conscribendarum Epistolarum, quam Latine edidit Basilez 1558. 8 & cujus Epitomen esse illos characteres Epistolicos quos Proclo adscribi dicebamus affirmat Lambecius lib. 3. pag. 195.

XVIII. Procli scriptum Astrologicum, *de effectibus Eclipsium solis & Lunæ juxta singulas signorum triplicitates & decanos*, Latine subjicitur tabulis Astrologicis Joannis Schræteri. quas excusas habeo Viennez Austriz ab Egidio Aquila 1551. 8. *De tribus Platonice generibus* dissertatio ex versione Fed. Morelli, una cum Georgii Chærobotsci figuris Poëticis, Paris. 1615. 12. Ac de editis Procli scriptis hæctenus, jam de his dicendum quæ in Bibliothecis variis manu exarata delutescunt.

## DE SCRIPTIS PROCLI INEDITIS.

1. In Alcibiadem Platonis. Vide supra num., XV.

2. In Politiam Platonis. Vide num. XVI.

3. In Parmenidem Platonis *Commentariorum libri septem*, quorum postremus non à Proclo sed Damascio suppletus fuit. Opus Asclepiodoto Medico ac Philosopho dicatum non modo Græce MS. extat in Bibliotheca Augustissimi Imperatoris teste Lambecio lib. VII. pag. 41. sed & latine ex versione inedita *Antonii Hermanni Gogava* Graviensis, ut idem pag. 41. testatum reliquit. Libri quatuor Græce occurrunt Oxoniz inter codices Bodlejanos: libros sex in Italiz Bibliothecis evoluisse se refert Livius Galantes in comparatione Theologiz Christianæ cum Platonica. Extant & in Bibliotheca Magni Hetruriz Ducis. Et in Bibl. Monasterii S. Mariz, Florentiz teste Bernardo de Montfaucon pag. 367. Diarii Italici. Latine MSS. in Bibl. Amplissimi Senatus Lipsiensis. Meminit Proclus ipse ad Timzum p. 201. 203. 242, & Theol. Platon lib. 2. c. 10. p. 107. Ex libro 2. 4. & 7. loca Orphei à Proclo laudata affert Clariss. Eschenbachius. MSto Augustano usus, in suo Epigene. Vide & p. 59. & 72. Fragmentum ex illo producit Lambecius animadvers. ad Codini Antiquitat. CPol. num. 65. Damascius apud Photium p. 571. innuit hæc commentaria subtiliora visa fuisse Marino quam ut ad ea animum applicare posset. Verba ejus hæc sunt: ὁ δὲ Μαρόν τῷ αὐτῷ τῆς φύσεως ἀδὲ τῷ Παρμενίδῳ τὴν ὑπεραίρουσαν ἐξήγησεν τῷ διδασκάλῳ ἠνεγκεν, ἐπὶ τὰ αἰετὰ δὲ τῆς θεωρίας κατήγαγεν ἀπὸ τῶν ὑπερσίων ἐνάδων ταῖς Φερμα καὶ Γαλιπὺ τὴν πλείον ἐνοσίαις ἐπισπώμεν ἢ ταῖς ἀκηράτοις ἐπιβολαῖς τῶν μακρότερον ἀνδρῶν. Confer Svidam in Μαρόν.

4. In Cratylum Platonis. Græce extat non tantum in Barberina & aliis Italiz Bibliothecis, sed & inter libros MSS. Isaaci Vossii. *Compendium in Cratylum* vocat Livius Galantes. Gesnerus in *Bibl. Parecholas*. In Catalogo MStorum Holstenianorum apud Morhofium 1. Polyhist. p. 68. *Scholias selectæ* Allegatur hoc opus a Lambecio ad Codinum n. 27. & apud Bandurium pag. 819 ad Antiquitat. Byz. Caput 142. & 143. inspicere jubet Holstenius in commentario ad veterem picturam Nymphzum referentem.

5. Uranodromus. Vide supra num. VIII.

6. Περὶ τῶν δίκαι πρὸς τὴν πρόνοιαν ἀπορημάτων. *De decem dubitationibus circa providentiam liber.*, è quo excerpta dedi supra pag. 497. seq.

7. Περὶ



7. Περὶ τῆς τῶν κακῶν ὑποστάσεως Μονόβιβλος. *De malorum substantia liber unus*. Etiam ex hoc dedi excerpta pag. 501.
8. *Commentarius in Claudii Ptolemaei Harmonica*, XCVI. Capitulum constans, MS. fuit in Bibl. Palatina.
9. *Canonis manuales* memorati Labbeo; pag. 385. Bibl. no-  
va MSS.
10. *Γνωστικὸς Φυσικὸς*, MS. in Codice Bavarico 150.

## DE SCRIPTIS PROCLI PERDITIS.

1. Opus in plures libros distributum εἰς τὸν λόγον τῆς Διαιρέσεως περὶ τῆς τῶν κακῶν ὑποστάσεως, ejus mentionem ferri potest Holstenius in scholio quodam codicis Medicei commentationem Procli ad Platonis Politiam. *Γνωστικὸς Διαιρέσεως μαντικῆς* mentio apud Platonem in Convivio pag. 187.

2. In Phaedonem Platonis commentatus est admodum juvenis, scripto excipiens ea quae a Plutarcho Atheniensi audiverat. Non tamen videtur illa in lucem edidisse. Confer, si placet, Marinum in Procli vita cap. 12.

3. In Philebum Platonis scripsisse se innuit pag. 53. & 222. in Timzum, idemque licet colligere. ex narratione Damascii apud Photium pag. 550. & Suidam in Μαζῶν. Refert enim Damascius Marinum Procli discipulum commentaria πολὺν χρόνον in Philebum composuisse easque Isidoro censenda commisisse, sed ab eo postquam illi legisset nullum aliud tulisse responsum, quam *ικανὰ εἶναι τὰ τῷ Διδασκάλῳ*, quae verba Photii interpres vir cetera doctus sed in Photii versione, in his praecipue ex Damascio excerptis lapsissime lapsus non bene reddit, *videtur discipulo digna*, cum sensus sit *sufficiens ea quae a Praeceptoris*, hoc est ut mihi videtur a Proclo in Philebum scripta esse, quem verborum Isidori sensum esse vidit etiam uterque Suidae interpres H. Wolfius & Aemilius Portus.

4. In Phaedrum Platonis: meminit Proclus ipse lib. V. in Timzum pag. 319. & lib. I. pag. 28.

5. *Liber pro Platonis Timaeo adversus ἀντιρήσεις Ἀθήσοκλη*, Id. p. 226. βιβλίον ἰδίαι ἐκδοτικῶς εἶδα τῶν πρὸς τὸν Τίμαιον Ἀριστοτέλους ἀντιρήσεων ἐπισκέψης ποιημένων.

6. In *Prolegomena* Platonis videtur innuere Proclus pag. 10. in Timzum.

7. *Καθαρτικὸς τῶν δογμάτων τῶν Πλάτωνος*, adversus Dominum. Suid. Δομῆτος, XXX 2

8. In

8. In Thezetum Platonis, laudat Marinus in Procli vita cap. ult. Proclus ipse pag. 78. in Timzum.

9. *Platonem de legibus.* Proclus ipse p. 178. in Timzum *ως εν νόμοις εισηται.*

10. *Ἐπομνήματα εἰς τὰς Πλωτίνου Ἐπιστάδας, Commentaria in Enneades Plotini.* Memoratur a Lilio Gyraldo dialogo 2. de Poetis antiquis. Sed Paulus Colomesius in notis ad Gyraldum pag. 77. negat Proclum in Plotini libros scripsisse, nec dubitat esse errorem confundentium Plotinum \* cum Platone. Video tamen Procli in Plotinum commentarios memorari non tantum a Marsilio Ficino ad Plotinum, Philippo Labbeo Bibl. MSS. pag. 286. & in *Uinælli Bulliardi* notis ad Theonem Smyrnum pag. 224. Sed etiam in *epistola* quadam codici vetusto MS. Jamblichi de mysteriis Ægyptiorum *πραξια* & a Thoma Galeo descripta memini ejus mentionem *ἔχει* his verbis: *Ἰσθον ὅτι Φιλόσοφος Προύκλος ἐπομνηματίζει τὰς τῶ μεγάλου Πλωτίνου Ἐπιστάδας λέγει, ὅτι ὁ ἀντιγράφων εἰς τὴν προσημαίνου τῶ Πορφυρίου Ἐπιστολῆν ὁ Διοσκύριος ἐστὶν Ἰάμβλιχος.* Adquam *anonimi* observationem hæc annotat Vir doctissimus: *Ἦσαν Commentariorum quæ in Plotinum scripsit Proclus præter Anonymum hunc qui nominatur vix reperio. Nisi forte ea intelligat Damascius quodam loco περὶ ἀρετῶν. Nam Ficinus aliique posuerunt, Anonymum sequuntur.*

11. In Aristotelis librum *περὶ ἑρμηνείας προτελλίμων.* sed ut videtur, nunquam ab autore in lucem editæ, ex quibus quantum memoria ipsi suggererat suo ad eundem Philosophi librum commentario inseruit Ammonius Hermes F. Procli discipulus, ut ipse testatur in limine Commentarii his verbis: *Ἐι δὲ τικῆ ἡμεῖς ἀναρθήσωμεν εἰσενεγκεῖν περὶ τὴν τῶ βιβλίου σαφηνίαν ἀπομνημονεύσαντες τῶν ἐξηγησιῶν τῶ θεῶ ἡμῶν διδασκάλου Προύκλου τῶ Πλατωνικῶ διαδόχου τῶ οὐ ἀκριβῆ τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως τὴν τε ἐξηγητικὴν τῶν δοκούντων τῶ παλαιῶς δόξαν καὶ τὴν ἐπισημοικὴν τῆς φύσεως τῶν ὄντων κείνου ἀσκήσαντες, πάλιν αὖ τῶ λογικῶ θεῶ χεῖρι ὁμολογήσασμεν.*

12. *Ἔμνοι. Ἠμνοι.* non. paucos. Procli. jampridem. intercedisse notavi supra num. 2.

13; 54

\*Viciſſimo D. Reiferi τῶ μακαρίτου Καταλόγου MSSorum Bibl. Augustanæ pag. 77. pro Porphyrii Oratione de Vita Platonis & dispositione librum ejus, legat de Vita Plotini.

13. *Epigrammata*. Procli inter Poëtas ἐπιγραμματογράφους mentionem facit Tzetzes prolegomenis ad Lycophronem.

14. *Χρησολογίας libri duo*, ex quibus excerpta duntaxat superesse dixi supra num. XII. In Gesneri Bibli. vox *χρησολογίας* transfertur *de bonis disciplina* uti Petrus Crinitus suos Electorum libellos *de honesta disciplina*, inscripsit. Sed in eadem Gesneri Bibli. & Simleri epitomes editionibus quas inspexi Annorum 1555. 1574. & 1583. dicitur præterea Proclus etiam scripsisse *Christomachiam*, eamque MStam servari Romæ in Bibliotheca Vaticana. Non dubito autem quin & hæc *Christomachia* legendum sit, & intelligantur illa ex Procli *χρησολογίας* libris excerpta quæ leguntur in Bibliotheca Photii & quæ separatim una cum notis edidit Andreas Schottus.

15. *Μητρωακή Βιβλῶν*, *liber de matre Deum*. Svidas: ἔγραψε Πρόκλος *μητρωακὴν βιβλῶν*, ἢ εἰ τις μετὰ χεῖρας λάβοι, ὄψεται ὡς ἐκ ἀνευ θείας κατακωχῆς τὴν περὶ τὴν θεὸν θεολογίαν ἐξέφησι ἀπασαν, ὡς ἐμηνεί. θράττει δὲ τὴν ἀκοὴν ἐκ τῶν ἀπειφαιώντων θηρίων. Quæ ad verbum petita sunt ex parte vitæ Procli quam primus in lucem protuli cap. 33. Cæterum non audiendus Vir summus qui lib. V. Harmoniæ mundi cap. 10. suspicatur hymnum Procli in solem, qui etiamnum super est, fuisse partem *μητρωακῆς*.

16. *Ἐἰς τὴν Ὀρφείας Θεολογίαν*, *In Theologiam Orphei*. Meminit Svidas: Et videtur hoc opus in duos libros distinctum fuisse, ut colligo ex eodem Suida in *Συριακῆς*. Plura de eo Marinus cap. 27. Unde discas nihil aliud continuisse quam electa ex Syriani commentariis in Marini gratiam annotata & a Marino congesta, ipse enim Proclus quo minus proprio Marte in Orphica scriberet, in somno deterritum esse se sciebat.

- Cyrillus Trevirorum** Episcopus circa A. C. 458. de quo Acta Sanctor. 19. Maji. Tom. IV. p. 331.

Hicce addam lubens quem nec vetus Græcia fastidisset eruditibus suis Civibus ac Poëtis, si prisca illa ætate vixisset, cum laude accensere, B. M. *Johannem Godofredum Herrichen*, Rectorem nuper Scholæ Senatoriæ Lipsiensis, meum a prima pueritia præceptorem formatoremque adolescentiæ, singulari fide ac dexteritate. Hujus memoria semper animo meo futura chara ac venerabilis etiam *Cyrilli* mihi nomen jucundum facit, quo ille pro vernaculo suo *Herrichen*, quod *Domnulum*\* sonat, libenter utebatur, postremis annis potissimum: sub quo etiam Adonin suum sacrum edidit, hoc ipso anno 1716. utili instituto præclari Friderici Frisii cura Altenburgensibus typis recusum. Quam fecundum fuerit ejus & quam elegans inge-

\* *Domnuli* cujusdam Afri, viri docti mentio apud Sidonium IX. 13. & 15. & IV. 24. ubi vide si placet Sirmondi notas,

ingenium, quanta Græcæ & Latinæ Lingvæ peritia, & in utraque sed Græcæ præsertim poetica & sçientia & felicitas, magis perspicuum faciam, quando Cæcilius Volturnus, quod a digno patrueli *Æmilio Herodoto* collectum accepit, in lucem quod opto proxime præferre dabitur. Diem obiit vir optimus in cælibe vita LXXV. supergressus annos, & rure ante aliquod tempus donatus Lipsiæ A. MDCCV. V. Cal. Febr.

### III. Cyrilli Operum editiones.

#### Latina.

Basil. 1524. fol. apud Cratandrum, in qua editione tantum exstant commentarii in Johannem, in Leviticum (qui Origenis sunt) & thesaurus, quæ singula separatim prodierunt Paris. 1510. & 1521. fol.

Basil. 1546. fol. apud Hervagium, IV. Tomis sed qui uno comprehendendi Volumine possunt. In hac accedunt libri VII. de Trinitate, de Spiritu S. de adoratione in Spiritu & Veritate, libri X. contra Julianum, & III. de recta fide in Christum ad Theodosium Imp. & Reginas, Epistolæ XXXIX. Homiliæ X. Apologia ad Imp. Theodosium, declaratio XII. capitulorum pro iisdem Apologeticis & liber ad Evoptium: Expositio Symboli Nicæni, Scholia de incarnatione Unigeniti, Synodales Epistolæ XII. & dogmata Nestorii a Cyrillo impugnata & a synodo Ephesina condemnata.

Basil. 1566. fol. apud hæredes Joh. Hervagii, in qua editione quintus Tomus sive quinta pars (omnes enim quinque Tomi uno Volumine continentur) commentarios in Esaiam: ex Laur. Hunfredi versione complexa accessit. Fallitur V. C. Elias duPin qui hanc editionem primam Latinam Operum Cyrilli esse scribit Tom. IV. Bibliothecæ scriptorum Eccles. p. 52.

Paris. 1573. fol. 2. Voluminibus, *Gentiano Herveto* curante, \*\* quæ editio a Possævino in apparatu sacro recensetur. Sed plenior prioribus

A a a 3

est

\* Vide Acta Eruditorum T. 4. supplem. p. 89. seq.

\*\* Bonav. Vulcanius præf. ad Atrianum A. 1575. editum: *Ne quis me totum ad hunc autorem denuo vertendum accessisse excipiat, nemo quis me eas imitari suspicetur, qui quæm hodie fœderis hæretici auctoris post amicos alteram editionem re-*

est posterior Parisiensis A. 1605. 2. Vol. quam perlequitur Belarminus de S. E. in illa enim Glaphyra in Pentateuchum ex A. Schotti versione, & libri posteriores XVI. de adoratione in Spiritu & Veritate ex interpretatione Antonii Agellii, ne alia jam memorem, accessere.

*Græcolatina.*

Unica *Johannis Auberti*, Laudunensis Presbyteri, Canonici & in schola Paris. Laudunensis Collegii Magistri atque interpretis Regii, Paris. 1638. fol. septem Voluminibus, quam post Labbeum, Caveumque paullo diligentius infra recensui.

### Editiones promissæ.

I. *Bonaventura Vulcanii*, Abraham Scultetus in narratione de Vita sua p. 55. *Leide A. 1612.* maxime me oblectabam atque clarissimorum Virorum, & inter alios *Bonaventura Vulcanii*, quem sicut admodum sella affixum, & manibus pedibusque captum inveni. Promissam ille triginta quatuor annis ante \* editionem omnium operum *Græcorum Cyrilli*, hæcenus a multis desideratam. Hæc cum frustra hæcenus fugatis propemodum mundanis exspectassem, & jam coram hominis aetate, voluntudinemque perditam considerarem, petii ab eo ut *Cyrillum Græcum* fidei mea concederet: me non solum operum daturum; ut ex ipsius voto ille in vulgus exiret, sed etiam de Codicis pretio ipsi satisfacturum. At ille gratis pro officio actis, tantum adhuc virium sibi superesse ajebat, ut ipsæmet promisso se exsolvere posses. Usque adeo verum est, neminem esse tam senem, qui non dico diem, sed annos supervivere posse se desperet. Quanquam erat nonnemo in Anglia, qui de tanti thesauri possessione magnifice potius se jactasse, quam vera gloriatum fuisse affirmaret. Certum tamen est *Vulcanium* non modo plura *Cyrilli* inedita Græce possedisse, sed etiam

Latine

cognitionem pollicentur, si conferas, nihil amplius eos profuturum reperias, quam is qui ante biennium *Cyrilli* Opera Lutetia edidit. Quem quidem autorem quum summopore corruptum habeamus, nemoque sit ex Orthodoxis scriptoribus, qui majore recognitione egeat, nullum tamen ab eo, qui eum edendum curabit, verbum immutatum aut correctum invenias, quum interim is omnia priorum interpretum nomina supprimat, totiusque operis laudem inaudita quadam impudentia sibi vendicat.

- \* *Vulcanius* præf. ad *Arrianum*, edita A. 1575. seposito e manibus *Cyrillo*, cui *Serredo*, & *Isidoro*, cui castigando longam jam operam navaram, totum me magna animi alacritate ad *Arrianum* contuli.

Latine vertisse haud paucos, quorum pars Bibliothecæ Leidensi legata, etiam Auberti usibus deinde patuit.

2. *Frontonis Ducæ*, de quo Jacobus Simondus in litteris ad Sebastianum Tegnagelium, datis 3. Non. Sept. 1696. *In Bibliotheca Patrum Græco latina duobus Voluminibus comprehensa desit ὁ μακαρίτης, qui & alia, ut nosti, meditabatur, Nicephorum, Theodoretum, Cyrillum Alex. & Biblia Græcolatina. Ex quibus Nicephorum plane abstulerat, Theodoretum magna ex parte confectum habebat. Quod deerat, supplere ipse instituit. Ad Cyrillum pauciora collegerat, quæ usui tamen esse possint si quis huc aliquando ad eam curam animum adjiciet. In Bibliis sacris multum & diligenter laborarat, unumque hoc opus præ cæteris urgebat. Sed vereor ut in posterum sperare liceat propter novam editionem Græcolatinam quæ hic jam incipit, curamque ut audio Jo. Marino, & Congregatione Oratorii viro docto &c.*

3. *Conradi Ristersbusii*, de quo vide Epistolam 352. & 353. inter Epistolas virorum doctorum ad Goldastum editas e Bibliotheca Clarissimi Thulemarii.

4. *Dissertationem de scriptis Cyrilli Alex. promisit Joh. Garverius ad Marium Mercatorem Tom. II. p. 43.*

## VI. In editione Græcolatina Paris. Tomo I. continentur :

I. *Περὶ τῆς ἐν πνεύματι καὶ ἀληθείᾳ προσκυχσίως καὶ λατρείας, de adoratione & cultu in Spiritu & Veritate, sive de officiis Christiani hominis erga DEum, libri XVII. dialogi more scripti, in quibus Palladius & Cyrillus colloquuntur. p. 1---631. Cum versione Antonii Agellii, \* Neapolitani, Congregationis Clericorum Regularium presbyteri, quæ primum Lugduni sed minus emendate \*\* 1587. in 4. deinde accuratius Romæ 1588 fol. excusa fuerat, ut latinam editionem Venetam Anni 1604. omittam. Citatur hoc Cyrilli opus ab Andrea*

\* Laudat hunc Agellium Petrus Morinus p. 344. Opusc.

\*\* Agellius in admonit. ad Lectorem: *Hos libros cum Lugdunum imprimendos misissem, adeo male non modo imprimendis negligentia, verum etiam corrigentis culpa accepti fuerunt, ut innumeris mendis pleni, & quod mihi molestus fuit, advocatiunculis marginibus additis respersi essent, quas neque ego miseram neque feceram: & ita inepta & absurda erant, ut alicubi ne auctoris quidem sanctissimi & eruditissimi viri nomini parcerent.*

drea Samosateno apud Anastasium in Hodego pag. 342. Ephrazmo Antiocheno apud Photium Cod. 229. Leontio Byz. in Eutychem: ab Anastasio Sinaita quæst. 20. 39. & 57. Johanne Damasceno de Trifagio Tom. I. Opp. p. 400. & in parallelis Tom. II. pag. 364. & à Catenarum auctōribus in Pentateuchum. Meminit & Nicephorus XIV. 14. ac Photius Cod. 49. & Cyrillus ipse sub initium τῶν Γλαφυρῶν p. 2. In antiquis latinis editionibus tantummodo primus hujus operis liber ex alia interpretatione legitur, quæ incipit: *per vacante opinor rogare ex te.* Græca Aubertus depromsit e Codice Vulcanii, quem Bibliothecæ Leidensī ille legaverat, & ex altero Harlzi Maclovienſis Episcopi, cujus variz Lectiōnes post notas Agelli in calce Voluminis occurrunt.

II. Γλαφυρὰ sive *scita commentaria* (allegorica magnam partem & anagogica) in loca selecta Pentateuchi, p. 1 --- 433. cum versione *Andrea Schotti*, S. I. in Genesim libris VII. in Exodum libris III. in Leviticum I. in Numeros I. & in Deuteronomium I. Hoc opus a veteribus frequenter laudatur. \* Latine primum lucem vidit ex *Andrea Schotti* versione in Latina Operum Cyrilli Parisiensis Anni 1605. Deinde cum sermonibus Cyrilli paschalibus ab eodem Schotto Græce & Latine publicatum est Antwerp. 1618. fol. Aubertus cum Schotti editione Codicem Harlzi contulit, lectiōnumque varietates in extremo Volumine annotavit. Ex Nicephori XIV. 14. suspicaris Cyrillum ejusmodi γλαφυρὰ composuisse non tantum in Pentateuchum, sed in libros universos Veteris Testamenti, \*\* τα γλαφυρὰ τὰ τῆς παλαιᾶς γραφῆς τυπωτῶς εἰρημῶνα εἰς χριστὸν καὶ τὴν καθ' ἡμᾶς ἐκκλησίαν ἀνέγων. In Genesim Glaphyra Cyrilli vertit *Ambrosius Camaldulensis* & edere voluit teste Sixto Senensi, quod facere nescio qua de causa intermisit.

## Tomo II.

III. In *Esaiam Prophetam Commentariorum*, libri V. quorum singuli iterum, primus in λέγεις sex, secundus in τόμους quinque, tertius itidem in τόμους totidem, quartus in quinque & quintus in sex

\* Vide Tillemont. T. 14. p. 672.

\*\* Cassiodori locum e proœmio Divinarum Lectiōnum, quo Cyrillum refert inter eos qui totam S. Scripturam a principio ad finem Græco sermone declararunt, autli supra c. 19. in S. Basilio, num. XXXII.

Sex λόγος dividuntur. Adjuncta est latina versio *Laurentii Hunfredi*, Angli, quam Ao. 1562. dicatam *Elisabethæ Angliæ Reginz*, & in editione operum *Cyrilli Latina Basil. 1566. fol.* primum editam, *Aubertus* recognovit, Græcæque publicavit ex Codice Vaticano & qui duos priores tantum continebat, Regio. Citatur a *Facundo XI. 7.* nec non a *Leontio Byz.* contra *Eutychem*, & *Ephraimo Antiochens* apud *Photium Cod. 229.*

## Tomo III,

IV. In XII. *Prophetas minores, Commentarii* cum versione *Jacobi Pontani S. I.* qui hos primus Græce & Latine ediderat *Ingolstadii Ao. 1605. fol.* auspiciis *Marci Velsæi*, qui in Epistola\* ad *Vulcanium Ao. 1601. data. Ego, ne nescias*, inquit, *inter primos Cyrilli amatores nomen profiteor: cujus rei hinc conjecturam capias licet, quod amico cuidam meo, homini Græce & Latine apprime docto auctor sui commentarium in XII. Prophetas vertendi, & vero totum pensum jam absolvit, & nunc maxime editionem adornat. Prophetas minores decem ex Beza Bibliotheca habuimus, reliquos duos ex Vaticana, Aubertus negat sibi alium Codicem MStum præter Pontani editionem ad manus fuisse, nisi quod ad Sophoniam usus est antiquissimo Bibliothecæ Regiæ Paris. Citatur ab *Ephraimo* atque *Leontio Byz.* In his Commentariis quemadmodum & in illis quos in *Esaïam* composuit, propius litteralem sensum quam in *Glaphyris* *Cyrillus* persequitur.*

## Tomo IV,

V. In *Evangelium S. Johannis, Libri XII.* cum nova versione *Jo. Auberti*. In Latinis editionibus hoc opus exstat ex interpretatione *Gregorii Trapezuntii*, quæ prodierat separatim *Paris. 1520. fol.* Sed non modo magna, ut solebat, licentia *Trapezuntius* in hac versione usus est, sed libros quintum, sextum, septimum & octavum, quos in Græcis Codicibus non reperit, plane omisit. Quatuor intermedii libri, inquit *Jodocus Clichtoveus*, nec apud Latinos nec apud Græcos ab iis, qui eam quam potuere vigilantiam adhibuerunt, reperti sunt. Nam & in illa insigni *Roma Pontificia Bibliotheca* quinquies, ter quidem Latine (de *Trapezuntii* versione intellige) & ubi Græce conscripti visuntur, & ubi-

Bb bb

que

\* Velsæi Opera p. 832. •

Libri V. Pars 4:

que & eisdem in locis trunci ac mutili. Itaque hic quem dixi Clichtoveus, Neoportuensis libros illos quatuor ex suo ingenio supplevit, Augustinum in plerisque secutus, ut notatum Richardo Simoni Tom. III. Historiz Criticæ Novi Test. pag. 529. & 574. Sed quoniam Clichtovei supplementum a Cyrilli ipsius opere in titulis & rubricarum quidem, sed non caractere typorum vel alia nota per singulas paginas agnoscenda, distingui satis contigit, hinc factum est multi \* incauti pro Cyrillianis laudarent verba Clichtovei, atque illis ad stabilienda sua quæ vellent placita uterentur: bono etiam Clichtoveo mala illa repensa est gratia, ut pro labore suo indignum maleferiati nebulonis elogium a Caveo tulerit. Cæterum in Joh. Auberti editione qui primus Græca edidit, suppleti sunt ex Holsteano Codice libri integri quintus & sextus qui desinit in expositione capituli X. vers. 17. septimi vero & octavi copiosa & proluxa fragmenta exhibentur cum versione Nicolai Borbonii, Græcæ Linguz Prof. Reg. p. 660 --- 713. ex Catenis in Johannem, illa præcipue præclara, quam adhuc ineditam a D. de Harley, Macloviensi Episcopo utendam accepit. Liber nonus incipit a capite XII. vers. 49. Citatur Cyrilli expositio in Johannem a Facundo, Leontio Byz. contra Eutychem, Ephraimo Antiocheno apud Photium Cod. 229. Concilio VI. & Damasceno in parallelis. S. Maximo T. 2. p. 53. 64. 70. 87.

## Tomo V.

VI. ἡ βιβλίον τῶν Θεσαυρῶν περὶ τῆς ἀγίας καὶ ὁμοουσίας Τριῦτος, p. 1 --- 381. *Theaurus de sancta & consubstantiali Trinitate ad Nemesinum, λόγους 16.* libris XXXV. cum versione Bonav. Fulcani, qui A. C. 1615. defunctus hoc opus Græce & Latine Bibliothecæ Lugdunensis

\* Non assentior Theophilo Raynudo qui in erotemacibus de bonis & malis libris p. 174. seq. affirmat Fevardentium meditato supposuisse Cyrillo Clichtovei verba quæ ibi laudat pro immaculata S. Virginis conceptione. Nam facile hoc non advertenti contingere potuit, quemadmodum contigit Rheimsibus & Pando quos arguit Robert. Cœcus in censura scriptorum Veterum p. 389. & Petrus Martyri quem reprehendit Bellarminus lib. 2. de S. Eucharistia, 27. Eodem modo alium insignem Virum notans Vosius de baptismo p. 26. scilicet esse aut utriusque errent viri docti, quemadmodum & aliud agenti hoc accidit Theologo eruditissimo, qui in libro de Variis Scripturæ editionibus p. 83. ait pericope de adabab Job. VIII, a Cyrillo Alex. ut revera Johannis sine ulla dubitatione significaciones distincte proponi multisque explanari.



si legaverat, unde ad Jo. Aubertum pervenit. In Latinis editionibus exstat *Georgii Trapezuntii* \* parum probanda interpretatio in XIV. lib. tributa, quæ seorsim lucem vidit Paris. 1514. 1520. fol. Leo Al-latius diatriba de Georgiis p. 375. *Opus Cyrilli, Thesaurus nuncupatum, in plerisque Codicibus MSS. Athanasio Alexandrino tribuitur, sub cuius nomine in Latinum interpretatio Joannis Baptistæ Camotii, nondum edita, quod sciam, est penes me.* Cyrillo vindicatur hoc opus testimoniis Ephraimi Antiocheni, Synodi sextæ & multorum veterum, quos laudant Tillemontius Tom. XIV. pag. 671. & Petavius dogmat. Theolog. de incarnatione lib. VI. c. 13. §. 5. nec non Photii Cod. 236. qui ἐπιχειρηματιῶν βιβλίον appellat, καὶ κτ' τῆς Ἀρείου καὶ Ἐυνομίου λύσεως γωνάως καὶ πολυτρόπως ἀγνοιοῦσθαι. Optimum omnium Cyrilli scriptorum esse ait Nicephorus XIV. 14. Hist. Objectiones Anonymi qui Arausione Aō. 1645. dissertationem de supposito edidit, refellit præter Petavium Raynaudus p. 134. erotematum de bonis & malis libris. In MSS. Codicibus non semper idem ordo nec eadem distinctio, unde fortassis eo nomine Trapezuntius aliqua ex parte excusandus. In Bibl. Segueriana sive Coisliniana teste Clariss. Montfaucono p. 302. in duos libros dividitur, quorum primus viginti priores λόγους continet, secundus posteriores a vigesimo usque ad quadragesimum. Quæ porro Thomas Aquinas \*\* ex libris thesaurorum Cyrilli profert ad summam in Ecclesia Potestatem Romano Pontifici asserendam, & ad quæ provocant Gennadius sive Georgius Scholarius lib. de primatu Rom. Pontificis, Andreas Colossensis & Synodus Florentina sess. 5. 7. & 8. Augustinus Anconitanus libro de

Bbbb 2

pote-

\* Vulcanius ad calcem operis hæc adscripserat: *Ego Bonas. Vulcanius, Brugensis hunc Cyrilli thesaurum olim a G. Trapezontio sive non bona verum, quod multa passim truncasset, innumeris locis epitomen potius quam veram interpretationem dedisset, non pauca etiam de suo adiecit, neque pauciora perperam transulisset, de integro latine verti, & ordinem quem Cyrillus tenuit, qui totus a Trapezontio inaudita audacia permutatum erat, servabi: ita ut Lectores Cyrilli thesaurum, qualis ille ab autore concinnatus est, sint habituri. Dedi enim operam, ne quis aliquid a me vel adjectum vel detractum jure queri posset: utque sententiam Cyrilli quam fidelissime possem, redderem. Basila anno a Nativitate Domini M. D. LXXVI. mensis Januarii.*

\*\* in 4. sententiar. dist. 24. qn. 3. artic. 2. & contra impugnantes religion. cap. 3. sub tin. & in opusculo contra errores Græcorum & in Catena aurea ad Matthæi XVI. qui locus etiam in MSS. Thomæ ita ut in impressis exstat, ut ex Guiarto notavit Rich. Simon T. 3. Hist. Criticæ N. T. p. 471.

potestate Ecclesiz, Jo. de Turrecremata in summa de Ecclesia & in apparatu super decreto unionis Græcor. in Concilio Florentino, ex Cyrillum nunquam scripsisse fatetur Tillemontius Tom. XIV. p. 671. & Elias du Pin Tom. IV. p. 44. seqq. & Cyrillo supposita esse probat Johannes Launojus parte I. Epistola 1. & 2. ad Antonium Faurum, & parte V. Epistola 9. ad Thomam Fortinum, qua priores Epistolæ suas adversus Vincentium Baronem sive Baronium tuetur, cap. 10. Confer. B. Antonii Reiseri nostri Launojum Confessorem pag. 41. seq. & Andream Rivetum lib. IV. Critici sacri c. 19. Jo. Rainoldum in Colloquio cum Jo. Hardto Jesuita, cap. 5. p. 315. seq.

VII. *Dialogi novem* ad eundem Nemesinum ad quem thesaurorum librum misit, quemque *Φιλομαθῶν ἑταροῦ ἀιδάφῃ* appellatum, quibus *Hermias*, \* & Cyrillus colloquuntur, pag. 383. 778. Dialogos duos postremos *de incarnatione unigeniti & quod unus sit Christus*, quos tempore aliquo interjecto demum prioribus subjunctis Cyrillus videtur, primus Græce cum versione & notis vulgavit *Benavent. Vulcanius* ad calcem libri contra Anthropomorphitas, Lugd. Bat. 1605. in 4. In editionibus vero Cyrilli Latinis extant modo septem Dialogi priores *de Trinitate* contra Arianos & Macedoniam, ex versione *Joannis Oecolampadii*, quæ primum A. 1546. lucem vixit Græcæ Jo. Aubertus dedit primus ex Codice unico Augustinæ Bibliothecæ, cujus Apographum Matthias Ehingerus ad eum transmissit: Idem Aubertus versionem Latinam Vulcanii servavit, ac pro Oecolampadiana aliam novam, vel potius interpolatam exhibuit. Frequenter citatur hoc opus a veteribus, jam ut apud ut Flavianum Cod. 49. sub titulo *λόγος πρὸς Ἑρμῖαν*, jam *λόγος πρὸς τὴν ἀγίαν Τριῆδα*. Vide Tillemontium Tom. XIV. p. 667. & 670. Octavum & nonum dialogum non carere omni suspitione suppositivæ et Jo. Garnerius notis ad Marium Mercatorem Tom. II. p. 47. idque se ostensurum promisit in dissertatione de libris Cyrilli. Sed dissertatio hæc lucem non vixit, & suspitionem illam omni definitam esse verisimilitudine mihi persvadeo. Nam ut idem argumentum sapius tractare Cyrillo confvetum ac solemne, ita hi duo Dialogi plene genium, stylum, doctrinam priorum dialogorum spirant, & citatur nonus a Leontio Byz. adversus Eutych. ac judice ipso Garnerio p. 56. ad Liberatum, octavus ea scriptus est eruditione, ut viz

ullam

\*. Hunc suspicor esse Hermiam, cujus irrisionem Philosophorum habemus.

ullum aliud Cyrilli opus ea de re praestantius aut etiam par existat. Dialogo septimo in quo de Divinitate Spiritus S. disputat, subjunguntur p. 660. -- 677. argumenta eadem probandum longe plura.

VIII. *Scholia* πρὸς τῆς ἐνανθρωπήσεως τῷ μεσσηνίῳ. de incarnatione unigeniti. Latine p. 779 --- 800. additis subinde praeterea quae Conciliorum Tomi exhibent a Joh. Auberto Grævis fragmentis ex MSS. Bibl. Regiz. Incipit: Τὸ χρῆσθαι ὄνομα ἕτερον δύναμις ἔχει. Prodiit primum ex officina Roberti Winter Aō. 1542. in libro Constitutionum Synodaliū: deinde in Cyrilli operum editionibus Latinis, & in Conciliorum tomis in parte 3. Actorum Concilii Ephesini Tom. I. Bini Aō. 1618. p. 364. nec non ad calcem libri contra Anthropomorphitas a Bonavent. Vulcanio vulgati Lugd. Batav. 1605. in 4. In hujus editione quemadmodum & in Latine Cyrilli, non scholia inscribuntur sed Scholia, σχολία velut *difficilia loca & perplexa*: licet fatetur, quod multo etiam magis placet, & verius est, posse etiam σχολία inscribi, velut σημειώματα sive graves sententias, aut additamenta ad alios ejusdem argumenti libros a Cyrillo compositos. Idem Vulcanius castigaciones addidit, ut ex iis cognoscas quanta recognitione indigeant etiam alia pleraque quae circumferuntur Cyrilli scripta, aequè malè atque hoc cum ab interpretibus tum a typographis habita. Theodoretus dialogo 2. affert quaedam Cyrilli ἀποστολῶν σχολίων. Anastasius presbyter in ecloga τῶν χηρῶν c. 3. laudat Cyrillum ἐν ἀρχῇ τῶν σχολίων. Facundus XI. 7. beatum Cyrillum in libro quem Scholia nuncupavit, titulo septimo. Et rursus eodem libro, titulo decimo: Atque VI. 3. in libro qui scholia dicitur, sub titulo, quomodo unus Christus, Andreas Samofatenus apud Anastasium in Hodegopag. 344. καὶ ἐν τοῖς γεγραμμένοις σχολίαις ἐρμηνεύων τὸ ἐν τῷ εὐαγγελίῳ εἰρηναῖα. Citatur etiam in Actione 2. Concilii Chalcedon. Tom. II. Bini p. 169. & ab aliis, quorum loca Tillemontius Tom. XIV. p. 667. & Garnerius Tom. II. Marii Mercatoris p. 216. annotarunt. Hic illud opus etiam integrum Latine ex MSS. emendatius & a p. 238. ad 241. insigni parte auctius exhibet, ac versionem veterem quam solum habent Mercatori vindicat, inter cuius scripta in duobus Codicibus illam reperit. In prioribus editionibus dividitur in capita 25. In Garneriana in 35. Photius Cod. 169. divisum legit in capita undeviginti.

IX. Περὶ τῆς ἐνανθρωπήσεως ἡ βεβαίως λόγος, τῷ υἱῷ τῷ πατρὶ. De incarnatione Verbi DEI, filii Patris p. 801. 802. Incipit: ἡ τῆς θείας

γραφήν ὁρθολάτη ἔννοια. In Latinis editionibus exstat loco primo inter homilias, ex *Wolfgangi Musculi* interpretatione: sed *Aubertus* servavit versionem cum qua legitur in parte 3. Synodi Ephesinz, Tom. I. Binii p. 376.

X. Συζήτησις πρὸς τὴν αὐτὴν. *Disputatio ejusdem argumenti per quaestiones & responsiones*, p. 802---804. Incipit: Πᾶς ὁ θεὸς ἀρχαῖος ἐχώρηθη.

## Tomo VI. sive Tomi V. parte II.

XI. Λόγος εὐαγγελικῶν Homilia, sive ut ab *Alexandro* \* Hieropolitano appellantur, *Epistole Paschales underriginea*, ab A. C. 443. habitæ vel ad Ecclesias missæ, ad indicendum solenne Paschalis tempus, quod *Archi Episc. Alexandrini* \*\* officium fuisse constat. Has exhibet *Aubertus* p. 1---350. ex editione *Græcissima Antonii Salmatæ*, Theologiz in Ambrosiano Mediolanensi Collegio Doctoris, quæ e Vaticano Codice cum commentar. in loca Pentateuchi prodierat Antwerp. 1618. fol. Habebat & *Andreas Schottus*, ut in Bibliotheca Scriptorum S. I. narrat *Philippus Alegambe*, *Cyrilli heereas pascuales Paschales sermones a se Latinitate donatos jam prælo promptos, sed fœdè prælo suppressit ut Antonio Salmatæ, qui eosdem translulerat, locum daret.* Præterea *Federico Metio* Thermulano Episcopo latine versos *Possévinus* memorat. Numerantur homiliz triginta sed ita ut tertia deficere dicatur. *Parisus* vero *Guldinus* S. I. ex mensium Paschalium successione vitus est sibi collegisse nullam in medio desiderari, sed quæ quarta numeratur, habendam ratione temporis pro tertia, atque ita insequi ceteris ad ultimam usque.

XII. Homilia diversa tredecim, Græce & Latine p. 360 -- 416 & una Latine, de eo quod Verbum DEI factum sit homo, quæ incipit: *Profundum quidem & magnum*, & jam prodierat *Paris.* 1545. in 8. p. 416. --- 417. Hanc *Vulcanius* quoque subjecerat libro contra *Anthro-*

\* *Alexander Hieropolitanus* Epistola ad *Acacium Berrhoensem* apud *Baluz.* p. 362 non collect. *Concilior.* *Lucidum est cuilibet legenti cum veritatis amore epistola ipsa, (Cyrilli) & Epistola ad Hebræos interpretationem & Epistolas ad Hebræos bellicas, & universa ejus conscripta &c.*

\*\* Similes exstant Homiliz sive Epistolæ Paschales *Achanasi* & *Theophili Alex.* omitam quas *Dionysii Alex.* memorat *Eusebius.* *Lucii Alexandrini Hieronymus* c. 118. *Catalogi.* *Confer.* *Tillemont.* T. 14. p. 269. 270.

thropomorphitas p. 201. Homilias quasdam Cyrilli & Chrysofomi Gallice a se verfas edidit Morellus Paris. 1604. in 8. Gennadius c. 57. de Cyrillo: *Homilias composuit plurimas, quæ ad declamandum a Græcæ Episcopis memoria commendantur.*

XIII. *Epistola LX.* Cyrilli & aliorum Græce & Latine pag. 1 -- 213. exceptis paucis quæ Latine tantum reperiri potuerunt, de promptæ ex Actis Concilior. Ephesini, Chalcedonenfis, &c. ut intra in indice Alphabetico Homiliarum, Epistolarum & minorum opusculorum Cyrilli distinctius annotabitur. Ex his latinæ editones Operum Cyrilli exhibent Epistolas XXXIX. ex versione *Wolfgangi Musculi.* Ex Epistolis Cyrilli ad Nestorium & Joannem Antiochenum afferuntur quædam in parte 3. Concilii Chalcedonenfis Tom. II. Binii p. 349.

XIV. *Προσφωνητικὸς ad Imperatorem Theodosium juniorem ἐκ τῆς ἐρθῆς πίστεως, de rella in Dominum nostrum Jesum Christum fide* p. 1 -- 42. Incipit: *τῆς ἰδῆ ἐν ἀνθρώποις εὐλαίας τὸ ἀνώτατον.* Scriptus A. C. 430. Vide Tillemontium Tom. XIV. p. 340. seqq. In Latinis editionibus *occidit Jo. Oecolampadii interpretatio.* Cum alia versione in parte I. Actorum Concilii Ephesini Rom. 1608 atque inde in *Basiana* A. 1618. Tom. I. p. 20. atque *Labbeiana* Tom. III. p. 45. Citatur in Concilio VI. Actione 1. & 10.

XV. *Προσφωνητικὸς ταῖς εὐσεβεστάταις βασιλίσσαις, λόγος.* *Idem duo de rella fide ad religiosissimas Reginas Theodosii junioris conjugem Liciniam Eudoxiam, sororesque Flacillam & Pulcheriam.* Sub idem tempus scripti cum superiore. Prior p. 42 -- 127. Incipit: *σεμνολόγημα ἰδῆ οὐκ ἐπιβεβημένον.* Posterior p. 128. -- 180. Incipit: *τοῖς τὸ θεῖον καὶ ἡράνιον ἱερουργεῖ κέντυμα.* Allegantur p. 48. 19. loca *Athanasii ἐκ τῆ ἐκ σαρκὸς λέγου.* Attici Episcopi, Antiochi Episcopi, Amphilocheii Episcopi, Iconii ἐκ τῆ ἐκ τῆς κ' σαρκὸς γινόμενης, Ammonis Episcopi Adrianopolitani, Johannis Episcopi Constantinopol. Severiani Episcopi, Vitalis Episcopi ἐκ τῆ ἐκ π' πίστεως λέγου & Theophili Episcopi ἐκ τῆ προσφωνητικῆ λέγου πρὸς τὰς Θεωνίας τὰ Πριγκίπων. In latinis editionibus occurrit *Jo. Oecolampadii interpretatio.* Sed Aubertus servavit versionem cum qua hi libri prodire in parte I Actorum Concilii Ephesini, edit. Biniana (quæ jam mihi ad manus) Tom. I. p. 43. & 90. Citantur ab Ephraïmo & Eulogio apud Photium Cod. 229. 230. & a Leone M. Epistola 134.

## Tomo Ultimo

XVI. Κατὰ τῶν Νεστορίου δυσφημίων περὶ τῶν ἁγίων, ἀ-  
*versus Nestorii blasphemias contra aditionum libri V. pag. 1. --- 143. cum*  
*versione Antonii Agellii Acerentis Episcopi, qui primus utraque lin-*  
*gua ediderat Rom. 1608 fol. cum notis, adjunctos collectioni Con-*  
*ciliorum Generalium Pauli V. Pontificis auspiciis Græce & Latine*  
*vulgatorum a Jacobo Sirmondo, quoniam in MSis Codicibus Græcis*  
*Synodi Ephesinæ inventi fuerant. Vide Sirmondi Opera Tom. IV.*  
*p. 612. Meminit hujus Operis pentabibli Cyrillus ipse Epist. ad Eulogi-*  
*um pag. 134. & priore ad Succellum p. 140. Gennadius cap. 57. qui ἡ-*  
*λεγχων appellat, ac Photius Cod. 49. & 169. Excerpta e Nestorii libri,*  
*tum quæ in hoc opere Cyrillus oppugnanda sibi sumsit, tum quæ*  
*Ephesino Concilio \* Petrus notariorum primicerius obtulit, Tom. I.*  
*Bini, 198. & Tom. II. p. 118. (sq. tum tertiam collectionem a Cyrillo*  
*Ephesi factam & ex sola latina Marii Mercatoris versione adhuc supersti-*  
*titem habes in Mercatore Garnerii Tom. II. pag. 95 --- 110. quibus*  
*idem Garnerius alia ibi Nestorii dicta e Cyrilli scriptis a se collecta*  
*addidit.*

XVII. Ἐπίλυσις τῶν δόγματα κεφαλαίων. *Explicatio XII. Cap-*  
*itulorum sine anathematismorum \*\* adversus Nestorium, compo-*  
*sitæ in Synodo Ephesina Ao. 431. p. 145 --- 157. In Latinis editionibus*  
*legitur e versione Wolfgangi Musculi. Sed Aubertus prætulit versio-*  
*nem cum qua existat in parte 3. Actorum Synodi Ephesinæ Tom. I.*  
*Bini p. 31. auctore ut videtur Petro Morino, cujus opuscula si pl-*  
*cet vide Paris. 1673. in 12. excusa p. 349. 351. 353.*

XVIII. Ἀπολογητικὸς ὑπὲρ τῶν δόγματα κεφαλαίων πρὸς τοὺς τῆς  
*Ἀνατολῆς ἐπισκόπους Apologeticus pro XII. Capitulis adversus Orien-*  
*tales Episcopos quorum nomine Andreas Samosatenus objectione*  
*scripserat p. 157. --- 200. In Latinis editionibus existat Wolfgangi Mus-*  
*culi interpretatio, additis etiam aliis nonnullis ex Actis Concilii E-*  
*phesini. At Aubertus edidit uti Græce & Latine legitur in parte 3.*  
*tales*

\* In veteri versione Concilii Ephesini p. 471. seq. apud Baluzium nova Collect. Con-  
 ciliar. & p. 625. seq.

\*\* Vide de anathematis illis infra in indicem Homiliarum & Epistolarum, in τῷ Σαβί-  
 ρῳ ἡμῶν λεγομένῳ. Et de tempore quo expositionem hanc Cyrillus elabo-  
 ravit, Tillemontium T. 14. p. 469.

Actorum Synodi Ephesinae T. I. Binii p. 318. Exstat & cum *Marii Mercatoris* versione in *Mercatore Garnerii* T. II. p. 132. Cyrillum ἐν τῇ πρὸς Ἀνατολικῆς ἐπιστολῇ laudat Ephraim apud Photium Cod. 229. p. 422. 423. 431.

XIX. πρὸς τὴν ἐξ Ἰεροσοφίας καὶ τῶν διδασκῶν κεφαλαιῶν ἀντιρροσίων. *adversus impugnationem XII. capitulorum a Theodorito editam*, praemissa ad *Evoptium* \* Cyrilli Epistola, & Theodoretii ad Joannem Antiochenum; nec non ejusdem Theodoretii ἀνατροπὴ sive oppugnatione illorum XII. capitulorum p. 200 --- 240. In Latinis editionibus exstat e versione *Joh. Occolampadii*, sub titulo *libri ad Evoptium*. Cum illa versione primum lucem vidit in antidoto adversus haereses Basil. 1528. in fol. Sed *Ambertus* praetulit versionem cum qua occurrit in parte 5. Actorum Concilii Ephesini Tom. I. Binii pag. 344. Legitur & cum *Marii Mercatoris* versione in *Mercatore Garnerii* T. I. p. 178. Memorat hoc scriptum suum Cyrillus ipse Epist. ad Eulogium p. 134. & priore ad Succensum p. 140. De Theodoretii contra Cyrillum contentione videndus *Leontius de sectis* p. 454. seq.

XX. Ἀπολογητικός, Apologeticus ad Imp. Theodosium pag. 241 --- 252. Incipit: Ἡ μὲν θεία καὶ ἀκήρατος. In Latinis editionibus legitur e versione *Wolfgangi Musculi*. Sed *Ambertus* praetulit illam cum qua exstat in parte 3. Actorum Concilii Ephesini p. 397. Vide de hoc Apologetico post Concilium Ephesinum scripto, *Tillemontium* Tom. XIV. p. 501.

XXI. ὡτὲ τῆς τῶν Χριστιανῶν εὐαγγέλιος θεσηκείας, πρὸς τὰ 78 ἐν αἰθίοις Ἰουλιανῶ, ἢ τοῦ σαβῆλα Χριστιανῶν religionē, adversus libros impii *Juliani*, libri X. circa A. C. 433. \*\* scripti ad Theodosium juniorem. p. 1 --- 362. Hoc praclarum atque eruditum opus in Latinis editionibus exstat e versione *Johannis Occolampadii*, quae primum vidit lucem Colon. A. 1546. Librum primum Graece primus cum nova meliore versione sua A. 1619. ad editionem adornavit *Nicolaus Borbonius* Professor & interpres Regius, \*\*\* in cujus opusculis utraque lingua prodiit Paris, 1630. 1654. 11. Totum opus Graece & Latine primum in *Auberti* editione conspicitur, liber primus ex *Borbonii*, caeteri ex *Auberti* interpretatione. Atque ita recusum lingua utra-

Cc cc

que

Libri V. Pars 4:

\* Ptolemaidis, Pentapoleos regionis Episcopus. Vide *Notitiam* p.\*\*\* Vide *Tillemont.* T. 14. p. 676.

\*\*\* Obiit 6. August. 1644.

que est ad calcem operum Juliani ex illustri viri Ezech. Spanhemii recensione vulgatorum Lipsiæ 1696. fol. Videntur etiam hi Cyrilli libri translati ferri Syriace, nam laudantur a Mose Barcephia parte 2. de paradiso p. 425. 429. E Græcis citant Jo. Damascenus in parallelis, & Catena Posfiniana in Marcum p. 343. laudat Cyrillum ὁ πρὸς Ἰουλιανὸν κεφαλαίω 17. Concilium VI. actione 10. Tom. III. h. n. p. 93. ἐκ τῆς κτ' τῶν Ἰουλιανῶν δογματικῶν βιβλίων τρίτη, ἀπὸ λόγου ἡ κατὰ. Meminit & Nicephorus XIV. 14. & ante hos Theodorus Epist. 83. De Juliani opere adversus Christianos, ejus fragmenta copiosa a Cyrillo afferuntur; dixi volumine superiore p. 89. Rursum modo ejus librum confutatam a Cyrillo conjicit Lud. Ellies du Roy. Tom. IV. de scriptoribus Ecclesiasticis p. 48. *Il paroît qu'il n'a vu que son premier livre, dans lequel cet Apôtre attaque en general la religion Chrétienne.* Sed fallitur idem quando p. 52. libros Cyrilli contra Julianum a Nic. Borbonio utraque Lingua Anno 1630. editos scribit, nam primum tantummodo librum, ut dixi, vulgatum ab eo constat.

XXII. *Κατὰ Ἀνθρωπομορφιστῶν, contra Anthropomorphitas liber* præmissa Epistola ad *Calosyríam* \* Episcopum Arsenoitem, quem *ἀγαπήσιον καὶ πνευματικόν* appellat. p. 363---398. cum versione *Benedicti Vulcanii*, qui primus Græce & Latine cum notis (quæ & ipsa in Auberti editione ad calcem Voluminis leguntur) vulgaverat Lugd. Batav. 1605. in 4. Cotelerio in notis ad monumenta Græca Tom. III. p. 557. teste hic liber inscribitur in aliis Codicibus MSS. solutiones dogmaticarum questionum, propositarum a *Tiberio* Diacono & fratribus, *ἐπιλύσεις δογματικῶν ζητημάτων ἐπιζητηθέντων τῷ τιβερίῳ διακόνῳ καὶ τῆς ἀδελφότητι*: vel *ἐπιλύσεις τῶν προσεγεχθεισῶν ἐπιστολῶν τῷ τιβερίῳ διακόνῳ καὶ τῶν ἀδελφῶν*. Vel denique *κυρίως πρὸς τιβέριον*.

XXIII. *De S. Trinitate liber*, p. 1---35. cum versione *Johannis Weigelinii*, Augustani, qui primus e MS. Codice Bibliothecæ patris edidit & in capita XXVII. divisit, Augustæ Viandel. 1604. \*\* in 8. abditis

\* Vide Tillemont. T. 14. p. 663. & 669.

\*\* Quibusdam exemplaribus novus titulus præfixus cum notatione anni 1602. ad præfatum Gregorii Thaumaturgi de SS. Trinitate brevi Confessione.



ditis etiam notis, sed quæ ab Auberto sunt omiffæ Incipit: *ἰκανὴ πρῶτισον ἡμῶ τῆς Χριστιανικῆς*. Jam a multis observatum, hunc librum constare excerptis Johannis Damasceni & Cyrillo. Vide Petavium de SS. Trinitate p. 472. Similiter excerpta e Cyrilli scriptis sunt quæ ab Auberto prætermiffa, quæ Hoefchelius prior Græcæ vulgaverat cum variis Patrum Homiliis pag. 503. seq. Augustæ Vindel. 1587. in 8. Vnde et idem Wegelinus e MSS. ad calcem libri cuius verba ne sua subjunxit, quorum initia adscribam,

*Πιστεύωμεν ἰνα Θεὸν εἶναι πᾶσις ἑσῆας καὶ Φύσιν.* p. 119.

*Πᾶσι ἀνδράσιν ἔμφωθεν ὄψιν τοῦ δεξάμεν.* p. 121.

*Ἐ τῆς αὐτῆς Φασὶς, ἔσιν ἡ Παντὴ ἀπὸ τῆς ἰδίας μεγαλειότητι.* p. 125-140.

Idem dicendum de altero volumine, quod idem Wegelinus *ibid.* 161. in 8. Græcæ & Latine variis cum Damasceni, Pfalli & \* Charitonij & Christonij & Hermonij & Hermonij vulgavit, in quo *excerpta Cyrilli contra Nestorianos*, ex interpretatione S. Symboli, ex thesauris, ex libro quo Reginas alloquitur, & ex dialogis *ἐν τῷ κτῆσιων καὶ ἀπόκρισι λόγῳ*, ex duodecim capitulis sive anathematismis, ex Epistolis ad Acacium & Jo. Antiochenum, & ex sermone de incarnatione *θεωλόγῳ* quod S. Virgo fit *θεοτόκῳ*. Incipiunt excerpta illa Cyrilliana *ἡ εἰς τὸν χριστὸν εἰς ἡμῶς μετῆξοντες δία*.

XXIV. *Συναγωγή τῶν ἀναγωγικῶς ἐρησκευμένων ρητῶν τῆς ἀρχαίας γραφῆς*, *Collectio dictorum Veteris Test. anagogice explicatorum* pag. 1-69. cum versione *Gentiani Herveti*, quæ occurrit in Latinis Cyrilli editionibus A. 1573. & 1605. Græca primum ab Auberto in lucem producta sunt ex Codice D. Riberii. Neque hæc *συναγωγή* tota Cyrillum auctorem habet, sed ut ipse titulus profitetur *ἑρμηνεύσασθαι τὸν νόμον καὶ σαφεστερῶς ἀναγγεῖλαι ἐκ τε τῶν τῷ Θεῷ ἐπιτεταμένων Κυριλλῶν, καὶ τῶν τῷ μεγάλῳ Μαξίμῳ καὶ λοιπῶν ἐξηγητῶν* Breviter *collecta & ab acido explicata e scriptis divini Cyrilli, magni Maximi, & aliorum & scriptura interpretum*. Incipit: *Καταραμένη γῆ ἐν τῷ ἔργῳ τῷ δόξῳ*.

\* Hic Spartiata natione & Sixo IV. familiaris fuit, Vide Leonem Allatum de Gregorius p. 393. 394.

## V. Index Homiliarum, Epistolarum & scriptorum minorum Cyrilli Alex.

*adscriptis ordine Alphabetico singulorum initiiis.*

1. *Ἀναλάμπεο πάλιν τῆς ἀγίας εὐαγγελίας.* Homilia XVIII. Paschalis, Tom. V. parte 2. p. 253. -- 247.
2. *Ἄνδρες αἰδέσιμοι καὶ πίστεως ἀξιοί.* Epistola 2. ad Nestorium T. V. parte p. 19 -- 21. ex parte 1. Actor. Concilii Ephesini Tom. I. Binii p. 119. Eadem cum *Marii Mercatoris* versione in Tom. II. Mercatoris edit. Garnerianæ p. 42. & ex alia versione antiqua apud Baluzium in nova collectione Concilior. pag. 400. qui Mercatoris quoque interpretationem exhibet p. 640.
3. *Ἀνίγων τὸ ὑπομονητικὸν τὸ ἀποσταλὲν παρ' ὑμῶν.* Epistola 8. ad Clericos Constantinopol. inter se disidentes Tom. V. parte 2. p. 32 -- 36. ex iisdem Actis p. 126. Et cum *Marii Mercatoris* versione, sed quæ in multis plenior est apud Baluzium pag. 642. & Tom. II. edit. Garnerianæ p. 49. cum Garnerii notis.
4. *Ἀξιόκυστα μὲν καὶ ἐξαιρέτα.* Epistola ad Theodosium juniorem, præmissa libris contra Julianum Tom. VII. p. 1.
5. *Ἀπόχη μὲν ὡς διάκειμαι.* Epistola 44. ad Valerianum Iconii Episcopum, adversus eos qui cum Nestorio sentiunt. T. V. parte 2. p. 158 --- 171. ex parte 3. Actor. Synodi Ephesinæ p. 448. Meminit Liberatus cap. 9. Leontius Byz. Eulogius apud Photium, itemque alii. Vide Tillemontium Tom. XIV. p. 569.
6. *Ἄρα δὴ πάλιν ἡμᾶς ταῖς τῶν ἀγίων ἐπιτομαῖς δοῦ.* Homilia X. Paschalis, Tom. V. parte 2. p. 125 --- 142.
7. *Ἄρα πάλιν ἡμᾶς τὰ λαμπρὰ.* Homilia IX. Paschalis, Tom. V. parte 2. p. 106 --- 125.
8. *Ἀφικόμενοι τῆς ἀπὸ τῆ ὄρας τῆ Καλαμῶν.* Epistola ad Calosyrium, libro contra Anthropomorphitas præmissa T. VII. p. 363 -- 365.
9. *Ἀφικεῖτο μὲν τῆς καὶ τὸ εἰωθὸς ἐν Ἀλεξανδρείᾳ.* Epistola I. ad Monachos Ægypti \* scripta A. C. 429. Tom. V. parte 2. p. 1 -- 19. In Actis Concilii Ephesini parte 1. Tom. I. edit. Binii A. 1618. pag.

\* Vide Tillemont. T. 14. p. 330.

- pag. 9. Antiquus versio apud Baluzium in nova Collect. Concilior. p. 287.
10. Βασιλικὴν εἰς τὸν εὐαγγέλιον. Homilia in festum τῶν βασιῶν sive palmarum, & de passionibus. T. V. parte 2. p. 391--403. primum edita a Auberto & MS. Bodlej.
11. Δεῖν αἰθερῶν τῆς ἐν Σιουσιβία. Epistola ad Donatum Nicopolis in veteri Epiro Episcopum. T. V. parte 2. p. 155-159. ex parte 1. Actorum Concilii Ephesini, T. I. Binii 42. p. 446. Latina vetus versio exstat in synodico contra Tragediam Irenzi pag. 909. Baluz. nova collect. Concilior.
12. Δεῦτε δὴ, δεῦτε πάλιν, ἀγαλλισόμεθα. Homilia XL. Paschalis. T. V. parte 2. p. 142—161.
13. Δεῦτε πάλιν, ἀγαλλισόμεθα ἰσχυρῶς. Homilia XV. Paschalis. T. V. parte 2. p. 198—210.
14. Διψῶντι μοι πάλιν τῆς ἡμῶν ἐπιπικίας. Epistola 19. posterior & Rhodo scripta ante Synodum, ad Clerum populumque Alexandrinum. T. V. parte 2. p. 83. ex parte 1. Act. Synodi Ephesinz T. I. Binii p. 165.
15. Ἐγνωστω πάσις καὶ ἀπὸ πάλιν. Epistola 11. ad Joh. Antiochenum. T. V. parte 2. p. 42—44. ex parte 1. Actorum Concilii Ephesini T. I. Binii p. 144.
16. Ἐδοξέ μοι ἀρχιερεῖται ταῖς τῶν προλαβόντων. Homilia Ephesi dicta cum synaxes peragerentur deposito Nestorio. T. V. parte 2. p. 358—361. In Latinis editionibus exstat ex versione *Wolfgangi Masiali*. Sed Aubertus servavit versionem cum qua legitur in parte 2. Actorum Synodi Ephesinz T. I. Binii p. 219. Alia vetus interpretatio apud Baluzium p. 548. novz collect.
17. Εἰ καὶ πλαῦταρον ἔδοξεν, Epistola 22. ad Clerum populumque Alex. T. V. parte 2. p. 79. ex parte 2. Actorum Synodi Ephesinz T. I. Binii p. 217.
18. Ἐμὲ μὲν εὐαγγέλιον εὐαγγέλιον. Homilia in transfigurationem Domini, Græce primum edita a Jo. Meurfio in Variis sacris Lugd. Bat. 1619. in 4. pag. 1--15. In Auberti editione operum Cyrilli T. V. parte 2. p. 352—354. Græce & Latine, qui rectius legit εὐαγγέλιον εὐαγγέλιον.
19. Εἰ μὲν ἢ σιωπῆσαι καὶ μὴ. Epistola 9. ad Czelestinum Episcopum Rom. T. V. parte 2. p. 36--39. ex parte 1. Act. Concilii Ephesini T. I. Binii p. 129.

20. *Ἐι τέλειός εἰ Φασίν, ἔστιν ὁ πατήρ ἐν τῇ ἰδίᾳ μεγαλειότησι.* Vide supra num. XXIII.
21. *Ἐκαστα τῶν καθ' ἡμᾶς πραγμάτων.* Epistola 59. ad Domnum Canonica. Tom. VII. p. 209. seqq. & T. 2. Concil. Labbei p. 1488. & cum Theodori Balsamonis scholiis T. 2. synodici Beveregiani p. 175.
22. *Ἐμαθὼν ἀδελφὲ τῆ ἀγαπητῆς μονάζουσι Πάυλα.* Epist. 49. Commonitorium [ad Maximum Diaconum Antiochenum. id. p. 192.
23. *Ἐμφανῆ μὲν καθίστησιν.* Epistola 39. posterior de fide ad Succensum. id. p. 141 --- 151. Sed nota partem posteriorem a pag. 145. seq. male affutam ex Epistola ad Acacium p. 115. seq. quod Usserio etiam pulchre observatum. Latine vetus versio exstat in Synodico contra tragœdiam Irenzi apud Baluz. p. 92. vide & p. 786. 19. Prodierant quoque ambz Cyrilli ad Succensum Epistolz Dionysio Exiguo interprete in antidoto adversus hæreses, Basil. 1528. fol. Locum ex posteriore Epistola, vindicat contra Severianos Ephraïmus apud Photium Cod. 229. qui & prioris meminit. Vide & Collationem cum Severianis sive Acephalis habitam Constantinopoli A. C. 532. T. II. Binii p. 661.
24. *Ἐνέτυχον τοῖς ἀδελφοῖς τῆς σῆς Θεοδοσίας.* Epistola ad Evoptium. T. VII. p. 200. 199 Vide supra, num. XIX.
25. *Ἐνέτυχον μὲν τῶ ὑπομνηστικῷ.* Epistola 38. prior de fide ad Succensum \* Diocæsareæ in Isauria Episcopus T. V. parte 2. pag. 135 - 141. & ex veteri versione apud Baluzium p. 918. seq.
26. *Ἐν μὲν ἑμοίγε καὶ λίαν θυμῆρες.* Homilia XXI. Paschalis T. V. parte 2. p. 265 -- 269.
27. *Ἐπειδὴ μοι γέγραφει ἡ εὐλαβεια ὑμῶν.* Epistola 6. ad eos qui vulgi rumoribus persuasum ajebant Nestorio restitisse. T. V. parte 2. p. 30. seq. ex parte 1. Actor. Concilii Ephesini Tom. I. Binii p. 125.
28. *Ἐπειδὴ πρώτισον ἡμῖν τοῖς Χριστιανοῖς.* Vide supra, num. XXIII.
29. *Ἐπὶ καιρῷ δὴ πάλιν τὸ διὰ τῆς.* Homilia Paschalis XIX. T. V. parte 2. 247 --- 257.
30. *Ἐπιλαμβάνονταί τινες τῆς ἐκθέσεως.* Commonitorium ad Eulogium presb. T. V. parte 2. p. 132. inter Epistolas 37. ex parte 3. Actor. Concilii Ephesini T. I. Binii p. 144. Vetus versio exstat apud Baluzium p. 597. novæ collect. Meminit hujus Epistolz

\* De illo Successo Tillemontius T. 14. p. 570.

stolz Liberatus cap. 9. Eulogius atque Ephraimus apud Photium &c. Vide Tillemont. T. XIV. p. 568. seq. Quibusdam in locis falsatum, fuere qui arguerent. Vide Collationem cum Severianis five Acephalis Constantinopoli A. C. 532. habitam T. 2. Bini p. 661. In hoc Commonitorio existat celebris illè locus a Collectoribus Catenarum in libros S. Scripturæ toties laudatus: *ὃ πάσα ἑστὶ λόγῳ οἱ αἱρετικοί, Φεύγετε καὶ ἀποστασθε, καὶ ἀποστασθε ἀπὸ τῶν αἱρετικῶν, καὶ ἀποστασθε ἀπὸ τῶν αἱρετικῶν, καὶ ἀποστασθε ἀπὸ τῶν αἱρετικῶν, καὶ ἀποστασθε ἀπὸ τῶν αἱρετικῶν.*

31. *Ἐπιμνηστικὸς ἐστὶς ἡμετέρας.* Prologus ad Homiliam Paschalem XIX. T. V. parte 2. p. 247.
32. *Ἐταρῆχθῆσαν ἡ ἀγία συνέδριον.* Epistola 25. ad clerum populumque Constantinopol. T. V. parte 2. p. 90. ex parte 2. Actor. Synodi Ephesinæ; T. V. Bini p. 293.
33. *Εὐσεβὲς θίασμος ἐν τῇδε τῇ ἐφορῆν μαρτυροῦμαι.* Libellus a Cyrillo Alex. & Memnone Ephesi Episcopo oblatas Ephesinæ Synodo. In parte 2. Actor. Synodi Ephesinæ T. I. Bini p. 242. & apud Baluz. p. 498. novæ collect. Concilior.
34. *Ἐυφρανίδωσαν οἱ ἄρανοι καὶ ἀγαλλιάδω ἡ γῆ.* Epistola 34. ad Jo. Antiochenum, (missa per Paulum Emesenum Episcopum) T. V. parte 2. p. 104 --- 109. ex parte 3. Actor. Synodi Ephesinæ p. 428. Existat & in Actis Synodi Chalcedonenfis T. II. Bini pag. 68. & ex veteri versione apud Baluz. p. 591. Hæc est illa notissima Cyrilli Epistola de Ecclesie pace, scripta A. C. 433. id. pag. 786. Tillemont. T. XIV. p. 545. seq.
35. *Ἡθρητὴν ὑφήγησον ὁ λόγος ἡμῶν εἰς Φίρεα.* Prologus ad Homiliam Paschalem XXVIII. T. V. parte 2. p. 326.
36. *Ἡμεῖς ἐνθάδε συνήγαγον ὁ καιρὸς.* Prologus ad Homiliam Paschalem XVI. T. V. parte 2. p. 210.
37. *Ἡ μὲν θεία καὶ ἀκήρατος.* Apologeticus ad Imp. Theodosium juniorem. Vide supra, num. XX.
38. *Ἡ μὲν ὑπόθεσις ἐφ' ἣ καὶ τῶν.* Prologus ad Homiliam Paschalem XVIII. T. V. parte 2. p. 235.
39. *Ἡ Νεστορεὶς πίστις, μάλλον ἢ κακοδοξία.* Commonitorium Posidonio datum, cum propter Nestorii causam mitteretur ad Concilium Romanum A. C. 430. Ex Sirmondi schedis cum Joh. Garnerii versione edidit Steph. Baluzius in nova collect. Concilior.

- cilior. p. 377. Paris. 1683. fol. Prodit & cum Garnerii versione & notis in Auētario operum Theodoretī pag. 51, Paris. 1684. in fol.
40. Ἡ τῆς θείας γραφῆς ὁρθότης ἐνοια. Vide supra, num. IX.
41. Ἡυχόμεν μὲν τοῖς τῶν εὐδοκμηταίων ἴχθυσι. Epistola ad Jüvenalem Hierosol. Episcopum. T. V. parte 2. p. 65 — 67. ex parte 1. Acto- rum Concilii Ephesini T. I. Bini p. 147.
42. Ἰδὲ δὴ πάλιν ὁ τῆς ἀγίας ἑορτῆς. Homilia Paschalis XXIX. T. V. parte 2. p. 335 — 342.
43. Ἱεροὶ μὲν ἀνωθεν ὑμνήμασι λόγοι. Homilia XIV. Paschalis. T. V. parte 2. p. 187 — 198.
44. Καὶ ἀλλως ἡδέως ὁρῶν τῆς ἀγαθῆς παύδας. Epistola ad Olympum, Episcopum, in illud Genes. IV. 15, *omnis qui occiderit Cān, in scripturam punietur.* Quæ Græce & Latine existat in Chronico Alexandrino pag. 568 — 577. edit. *Matthæi Raderi*, (Monachii 1624. in 4.) & in *Cangii* editione p. 241.
45. Καίρῳ παντὶ πράγματι. Homilia V. Paschalis. T. V. parte 2. p. 43 — 60.
46. Καλὸν αἰς ἔοικε, μᾶλλον δὲ ἤδη καιρός. Homilia XIII. Paschalis. T. V. parte 2. p. 177 — 186.
47. Καταφλυαροῦσι μὲν αἰς αἰκῶν (αἱ μακροῦ ἀνω.) Epistola 4. ad Nestorium \* scripta A. C. 430. T. V. parte 2. p. 22 — 25. ex parte 2. Acto- rum Concilii Ephesini, T. I. Bini pag. 120, Extat & in Actis Concilii Chalcedonensis T. II. p. 60. & cum *Marii Mercatoris* versione in T. II. Mercatoris edit. Garnerianæ p. 45. & apud *Baluzium* p. 638. novæ collect. Concilior. & ex alia versione veteri in collatione sexta Synodi V. T. II. Bini parte 2. p. 91.
48. Κατηραμένη γῆ ἐν τοῖς ἔργοις τῆ Ἀδάμ. Vide supra, num. XXIV.
49. Κε χεῖρομαι πάλιν πάλιν τῆ μακαρίας. Homilia XXIV. Paschalis T. V. parte 2. p. 286 — 295.
50. Κε χεῖρομαι πάλιν τοῖς τῆ πασῶν Φυλάκων Φωνῆς. Homil. XXVI. Paschalis. id. p. 302 — 312.
50. b. Λαμπρὰ τῆς παρῶσης ἐορτῆς ἡ ὑπόθεσις. Homilia in Nativitate Christi, quæ sub Cyrilli Alex. nomine in quibusdam Codicibus MSS. legitur, ut *Cæsareo* apud *Nesselium* parte 2. p. 28.

\* Vide Tillemont. T. 14. p. 337. seq.

51. Μόλις πρὸς καὶ πολλοὺς ἰδρῶσι. Epistola 54. ad Proclum Episcopum Constantinopol. de Theodoro Mopfvesteno. T. V. parte 2. p. 199. seq. Exstat Græce ad calcem actorum Synodi V. T. II. Binii parte 2. p. 171.
52. Ὁ εὐλαβέστατος καὶ θεοφιλέστατος διάκονος καὶ ἀρχιμανδρίτης Μάξιμος. Epistola 52. ad Acacium Episcopum Melitenens. T. V. parte 2. p. 197. seq. Vetus Latina versio exstat in Synodico contra tragediam Irenzi cap. 205. Baluz. pag. 911. novz collect. Græce ad calcem Actorum Synodi V. Tom. II. Binii parte 2. pag. 170.
53. Οἶδα μὲν τῆς σῆς ἀγάπης τὸ ἀλικρινές. Epistola 7. ad quendam Nestorii studiosum sive ζηλωτήν. T. V. parte 2. p. 31. seq. ex parte 1. Actor. Concil. Ephesini T. I. Binii p. 125.
54. Οἱ μακάριαι προφῆται τῆς ἀναθῆν ἡμῶν. Homilia Paschalis XXVII. T. V. parte 2. 326—335.
55. Οἱ μὲν εὖ εἰδότες ἀθλῶν. Vide supra εἰ μὲν εὖ.
56. Οἱ μὲν τοῖς ἴης θείας ἱερωσύνης. Homilia XII. Paschalis. T. V. parte 2. p. 269—278.
57. Οἱ σφόδρα λυπῆμένοι καὶ φροντισί. Epistola 12. ad Acacium Episcopum Berrhoënsē. T. V. parte 2. p. 44. ex parte prima Actorum Concil. Ephesini T. I. Binii p. 145.
58. Οἱ τὴν εὐφυνῆ καὶ ἀπόλεπτον. Homilia XVII. Paschalis. T. V. parte 2. p. 222—235.
59. Οἱ τὸν Χριστὸν εἰς οὐκ ἐμερίζοντες δύο. Vide supra, num. XXIII.
59. b. Οἱ τῆς ἑαυτῶν διανοίας τὸν ὀφθαλμὸν ἀπευθύνοντες. Homilia cujus fragmenta leguntur apud Eustathium Constantinopol. contra Psychopannychitas ad calcem Allatii de purgatorio p. 571. seq.
60. Οἱ τοῖς ἱεροῖς προσέχοντες γράμμασι. Homilia Ephesi habita, qua Apollinarius nominatenus perstringitur. T. V. parte 2. p. 350—352. In Latinis editionibus, *Wolfg. Muscali* versio occurrit. Aubertus prætulit eam cum qua legitur in parte 3. Actorum Concilii Ephesini T. I. Binii pag. 378. Alia versio vetus apud Baluzium p. 549. novz collect. De hac Homilia Tillemontius T. XIV. p. 453.
61. Ὁ κυριότης ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ὅτι ταῖς ὡραῖς τῶν. Epistola 24. ad Patres Monachos. T. V. parte 2. p. 89. ex parte 2. Actorum Synodi Nicænz T. I. Binii p. 217.

Dd dd

62. 6

62. Ὁ μακάριος ἁγίου προφήτης Δαβὶδ τὴν παρακλήσιν. Homilia XXIII. Paschalis. T. V. parte 2. p. 279 -- 286
63. Ὁ μακάριος ἁγίου προφήτης Δαβὶδ τὴν ἐπὶ βίῳ προσηγορίαν. Homilia Ephesi habita priusquam comprehenderetur, militibusque aservandustraderetur. T. V. parte 2. pag. 364 — 366. ex parte 2. Actoꝝ Synodi Ephesinz T. I. Binii pag. 266. Alia versio vetus apud Baluzium p. 551. novz collect.
64. Ὁ μακάριος ἁγίου προφήτης Ἡσαΐας τὸν ἐν χριστῷ. Brevis allocutio post Homiliam de incarnatione a Paulo Emese Episcopo Alexandriz habitam. T. V. parte 2. p. 354. 355. In Latinis Cyrilli editionibus illa Pauli Homilia exstat una cum Cyrilli allocutione, ex versione *Wolff. Musculi*. Græce cum alia versione in parte 3. Actoꝝ Synodi Ephesinz T. I. Binii p. 427.
65. Ὁ μακάριος ἁγίου τοῦ ἀρχαιότερου ἰδίου τὸ σύνθημα. T. V. parte 2. p. 210 — 222. Homilia XVI. Paschalis.
66. Οὐκ ἔν ἀμπύβελον ὅτι πάντες τῆ. Epistola 43. ad Maximianum Archi-Episc. Constantinopol. T. V. parte 2. p. 157. seq. ex parte 3. Actoꝝ Synodi Ephesinz T. I. Binii p. 447.
67. Οὐκ ἔρημωσεν ὁ δεσπότης. Epistola 51. ad Joannem Antiochenum & Synodum ibi congregatam. ibid. p. 194 — 197. ex ista Actis p. 467.
68. Οὐ φιλοτιμίας ἡμῶν. Prologus in Homiliam XXI. Paschalis. T. V. parte 2. p. 269.
69. Οὐκ ἔστι καὶ μέλις ἡλθεῖν. Epistola 16. nomine Synodi Alexandrinz ad Clerum populumque Constantinopol. T. V. parte 2. p. 78. seq. ex parte 1. Actoꝝ Concilii Ephesini T. I. Binii p. 157.
70. Πάλιν ἡμᾶς ἐπὶ τὸν συνήθη θίασον. Homilia XXVII. Paschalis. T. V. parte 2. p. 312 — 326.
71. Πάλιν ἡμῶν ὁ τῆς ἀγίας ἐκείνης. Homilia IV. Paschalis. T. V. parte 2. p. 31 — 43.
72. Παντὶ ἀνθρώπῳ ἡμῶν ὡς βίῳ δεξασθῆναι. Vide supra, num. XXIII.
73. Παντὸς τοῦ χριστοῦ καὶ ἀναγκαιῶν. Epistola 60. ad Episcopos in Libya & Pentapoli. T. V. parte 2. pag. 211. Exstat & inter alias Epistolas Canonicas cum commentario Theodori Balsamonis.
74. Παράσταται καὶ ἡμῶν τὸ λογίδιον. Prologus Homiliae Paschalis XXIII. T. V. parte 2. p. 278. sq.



4. In eundem Natalem CHRISTI. Incipit: λαμπρὰ καὶ παράδοξος. Hanc primus sed Græce tantum & minus emendatam vulgaverat Elmenhorstius p. 248. e Codice Bibl. Palatinæ, additis Meursii castigationibus. At Riccardus ex aliis tribus Romanis emendavit. In Actis Concilii Ephesini T. I. edit. Binianæ parte 2. p. 181. legitur homilia similis & iisdem incipiens verbis sub nomine Theodori Ancyranæ. Procli Constantinopol. λόγος εἰς τὸ γενέθλιον laudat Ephraïmus apud Photium Cod. 229. p. 423. Idem p. 435. citat & Proclum ἐν Πελαγονίαις (homiliis præfente Pulcheria dictis) ἐπὶ τὸ γενέθλιον.
5. Ἐγκώμιον εἰς τὴν ἀγίαν παρθένον καὶ Θεοτόκον Μαρίαν. Laudatio in S. Virginem ac Dei genitricem Mariam. Incipit: Πᾶσαι μὲν αἱ μαρτυρικῆ καὶ \* πανηγύρεις. Hanc inter Chrysofomi ἀμφιβαλλομένης Græce ediderat Savilius T. V. p. 887. Sed Proclo recte vindicat Riccardus testimonio Codicis Vaticani, cui auctoritas Jo. Damasceni, Epistola de trifagio suffragatur.
6. Aliud paullo uberius S. Virginis Encomium. Incipit: κλέψαι τὴν πόσιν τῶν ἐμπορίων. Primus publicavit Riccardus e Codice Vaticano. Combessius collato altero Regis Christianissimi multa emendavit.
7. Ἐἰς τὰ ἀγία Θεοφάνια. In sancta Theophania. Incipit: χρυσοῦς τῷ κόσμῳ ἕσπεφάνη. A Natali Christi tanquam προλαβὼσα five præcedente festum Theophaniorum diserte distinguit sub init. Hanc homiliam primus vulgavit Riccardus.
8. Ἐἰς τὴν μεταμόρφωσιν τοῦ Κυρίου. In transfigurationem Domini. Incipit: δευτε φίλοι, καὶ σήμερον. Hanc primus Græce inter dubias Chrysofomi edidit Savilius T. VII. p. 332. Deinde e Codice Bibl. Palatinæ a Grutero acceptam Elmenhorstius cum sua versione p. 81.
9. Ἐἰς τὰ βάλια. In ramos palmarum. Incipit: ἀγαλακτέρας ὁ παρὰν ὡ φίλοι, καιρός. Primus edidit Riccardus e Codice Bibl. Cryptæ ferratæ, quæ illas quoque quas secundo & tertio loco memoravi,

Gggg 2

\* alii Codd. μαρτυρικῆ καὶ πανηγύρεις.

- moravi, illi suppeditavi. Alia Procli homilia εἰς τὰ προφητικὰ καὶ εἰς τὴν ἐγερσιν τῶν λαζάρων καὶ εἰς τὰ βάσια exstat MS. in Bibl. Cæsarea teste Lambecio V. p. 27. atque incipit : ἤδη τῆς θεωτοικῆς πανηγύρεως ὄρα κούπτει τὰ χαρίσματα.
10. Εἰς τὴν ἀγίαν πέμπτην. *In sanctum quiniagesimam magnæ hebdomadæ.* Incipit : ἐπέση τῶν ἱερῶν μυστηρίων ἡ πανήγυρις.
11. Εἰς τὸ παθόν τῆς κυρίας, τῆς ἀγίας καὶ μεγάλης ὄρασκουῆς. *In Dominicam passionem, in sancta & magna passionem.* Incipit : Φοβερά τῆς σημερινῆς ὄρατάξεως τὰ μυστήρια. Primus quemadmodum & novem praxime sequentes edidit Riccardus.
12. Εἰς τὴν ἀνάστησιν τῆς κυρίας. *In Domini nostri Jesu Christi resurrectionem.* Incipit : Φαῖδρα τοιγαρὺν τῆς τριμέρου πάθους τὰ αἰθῆρα. *Videtur ἀπικυθισμα, non integra Oratio.*
13. 14. Εἰς τὸ ἀγιον πάσχα. Homilix duæ. *In sanctum Pascha.* Prior incipit : Νικάτω καὶ λόγων ἔυροναν. Posterior : λαμπρὰ μὲν τὸ πάσχα πανήγυρις. λαμπρὸς ὁ.
15. Εἰς τὸ ἀγιον πάσχα, καὶ εἰς τὸ ἰναρχῆν ὁ λόγος. *In sanctum Pascha, & in illud : In principio erat verbum. Job. I. 1* Incipit : Ὅι μὲν ἄλλοι εὐαγγελιστὰς τὴν κτ' σάρκα γενεαλογίαν. *Legunt, inquit Combesius, Græci illud Evangelium ipso die Pascha, ut testatur Riccardus colligit ex Chrysostomi homil. 7. de resurrectione. T. III. Habentque etiamnum Græcorum libri Ecclesiastici, quibus Evangelia dicitur sunt in usum totius anni. Tota vero hebdomada leguntur Evangelia que vocantur matutina, quibus continetur Dominica resurrectionis historia.*
16. Εἰς τὴν ἀγίαν πεντηκοστήν. *In sanctam Pentecostem.* Incipit : σήμερον, ἀγαπητοί, ἐπιφοίτησε.
17. & 18. Ἐγκώμιον εἰς τὸν ἀγιον πρωτομάρτυρα Στέφανον. *Encomium duplex in sanctum protomartyrem Stephanum.* Prius incipit : εἰς ἱερὸς ἀληθείας καὶ καλῶς τῶν. Hoc licet sub Procli nomine a Riccardo editum tamen Photii auctoritate Cod. 271. Bibl. Amaseno vindicatur, cujus nomine restitutum Græce cum nova versione sua edidit Combesius T. I. auctarii novi pag. 68. Alterum incipit : Ὅ μὲν αἰσθητὸς ἦλιος ὑπὲρ γῆν ἀνατέλλει.
19. Ἐγκώμιον εἰς τὸν ἀγιον Παῦλον Ἀπόστολον. *Encomium S. Pauli Apostoli.* Incipit : ἡδὲς αἰσθενεῖ Παύλος ἀθλῶντος.
20. Ἐγκώμιον εἰς τὸν ἀγιον Ἀνδρέαν Ἀπόστολον. *Encomium S. Andreae Apostoli.* Incipit : ἰχυρὸν τῆς ἀποστολικῆς αἰθείας τὸ δίκτυον. Latine sub Chry-



hana Parisi 1654. Tom. XI. cum versione *Antonii Agellii*, ut alias editiones in quibus Latine tantum legitur, omittam. Exstat & Græce ac Latine in Conciliis edit. Labbeanz T. III p. 1217. Harduin. T. I. p. 1722 cum versione *Dionysii Exigui*. Etiam Elmenhorstius Dionysii versionem exhibet in sua opusculorum Procli editione p. 123. quemadmodum Riccardus p. 680. qui antea etiam utraque lingua dederat, quemadmodum Elmenhorstius p. 2. cum versione *Antonii Agellii*, Episcopi Acernensis, quæ etiam in nonnullis Bibliothecz Patrum editionibus exhibetur. Prodiit & Parisi 1539. ex officina Claudiz Guillardz. Meminere hujus tomi sive Epistolæ, Patres Synodi V. Constantinopol. collatione quarta, \* quinta & sexta, Cyrillus Alex. in Epistolis quæ Aëtis Concilii Ephesini addi solent ad Johannem Antiochenum & ad Monachos Anastasium, Alexandrum & Martinianum: Facundus pluribus in locis, Liberatus in breviario cap. 10. Agobardus adversus Felicem T. XIV. Bibl. Patrum Lugd. p. 249. Jo. Maxentius in Catholica professione de Christo, & Imperator Justinianus qui *magnum Proclum* vocat lib. I. tit. 1. Codicis de summa Trinitate, leg. 7. Atia fuit ad reverentissimum Clerum & amicum Christi orthodoxum populum Epistola Procli cujus meminit Dorotheus Mæsis Metropolitanus in Baluzii nova collectione Concilior. p. 840.

VI. *Epistola Synodica ad Domnum, Antiochenum Episcopum pro causa Athanasii* \*\* Perrhæ Episcopi. Incipit: τὸ Φιλῆθελος, ἐπιφιλίστατε. Prodiit sæpius Græce & Latine in Aëtis Synodi Chædonensis Aëtione XIV. T. II. edit. Conciliorum Binianz, Labbeanz Tom. IV. atque ex *Dionysii Exigui* versione in veteri Latina illorum Aëtorum interpretatione ex qua edidit Elmenhorstius p. 117. & Riccardus p. 695.

*Ad Joannem Antiochenum Epistola de causa Theodori Mopsuesteni & Iba Edesseni Episcopi.* Latine tantum servata in Aëtis quintæ Synodi Constantinopol. collatione V. & VI. Incipit: *Arbitrar te cognoscere, Religiosissime.*

Hicæ

\* In eadem quarta collatione T. 2. concilii. edit. Binianz parte 2. p. 68. Latine est fragmentum libelli Proclo porrecti a presbyteris & Diaconis qui missi erant ab Episcopis, Clericis & Monachis & cæteris magna Armeniæ & Persidis & aliis gentibus. Confer Tillemontium T. 14. p. 629. seq. Fallitur Baronius quia ad Martyrolog. Rom. 24. Octobr. scribit Procli Epistolam ad Armenios in Synod. Ephesina allegari.

\*\* Vide Tillemont. T. 14. p. 647. seq.



- huc ineditam Philippus Rubenius lib. 2. cap. 1. electorum. Locum de Christo non pingendo, ex ea allatum in Synodo septima, actione 6. Tom. III. Binii p. 658. vindicat Nicephorus Constantinopolitanus in antirrheticis, & Theodorus Studita lib. 1. Epist. 36. ad Naucraticum Tom. V. Opp. Sirmondi p. 47.
2. Εἰς τὸν οἰκονόμον τῆς ἀδικίας. *De economo iniquitatis* Luc. XVI. l. 164. Incipit: Πολλὰ κίς ὑμῖν εἶπον διαλογόμην.
3. Κατὰ πλεονεξίας. *Adversus Avaritiam*. Incipit: Ἄνδρες κρισιανὶ ἐκ κλήσεως.
4. Λόγος κατηγορικὸς τῆς εὐροτῆς τῶν καλανδῶν. *Sermo adversus donationes, ineptias ac superstitiones Calendis Januarii illa per usitatas*. Incipit: δύο κῆ ταυτὸν εὐροταί.
5. Εἰ ἐξέσιν ἀνθρώπων ἀπολύσαι τὴν γυναῖκα αὐτῆ κῆ πάσαν αἰτίαν. *Nun liceat dimittere homini uxorem suam quascunque ex causa* ad Math. XIX 3.
- Haec quinque Homilias haecenus memoratas primus Graece ex Codice Cardinalis Ascanii Columnae cum versione *Philippi Rubenii* edidit Johannes Brantius, Antwerp. 1615. in. 4. unde recte sunt utraque lingua in Auctario Duczno Paris. 1624. Tom. II. p. 561. & in Bibliotheca Patrum Paris. 1644. (1654.) Tomo XIII. sed opus Codicum quos a Sirmondo Duczus acceperat, accuratius recensuit. Tum Latine in Bibliotheca Patrum Colon. 1618. Tom. IV. Rubenii versionem *Combesii* ita interpolavit, ut novam veluti adornaverit. Gallice transtulit Franciscus Maucroix, \* Paris. 1695. in 12. consilio Pauli Pellissonii, qui inter disertissimos Graecos Ecclesiae Doctores locum singularem Asterio tribuendum esse non dubitavit.
6. Εἰς τὸν προφήτην Δανιὴλ, καὶ εἰς τὴν Σωσάνναν. *In Danielum Prophetam & Susannam*. Incipit: αἰτῆ Πνεύματος ἡ χάρις. Ex MS. Regis Christianissimi
7. Ἐἰς τὸν ἐκ κοιλίας τυφλόν. *In caeco a natiuitate* Joh. IX. Incipit: ἡ χάρις αὐτῶν ἀρετίως τῆ ὕμῃ τῆς θρονη. Ex Codice Sirmondi & Segvieriano. Legit Photius & loca ex hoc sermone profert in Bibliotheca Cod. 271. p. 820. edit. primae.
8. Ἐἰς τὰς ἀγίας κορυφαίαις ἀποστόλους, Πέτρον καὶ Παῦλον. *In sanctis Principes Apostolos, Petrum & Paulum*. Incipit: πάσαν μὲν ἐκ τῶν

\* Journal des Savans 1695. p. 629. edit. Amst.

ἡθες αὐται. Ex venerandz antiquitatiz Codice Segvieriano, recens allato ex celebri monasterio τῆς ἐγλωττίας, Græciz.

9. Ἐγκώμιον εἰς ἀγίον ἱερομάρτυρα Φωκῶν. In S. *Martyrem Phocam*, Sirmopensem, passum Romæ sub Trajano. Incipit: Καλὴ ἔσμεν Φόσσα. Ex Codice Regis Galliz & autographo Sirmondi. In quibusdam Codicibus (ut Cæsareo apud Lambecium VIII p. 243.) incipit à verbis p. 171. edit Combesfianz: ἱερὸς γὰρ καὶ θεοσιεὺς ἀπὸ τῶν γυναικῶν μαρτύρων κατάλογος. Atque ita Latine tanquam Simeone Metaphraste autore legitur apud Lipomannum T. VI. p. 274. b. & Surianum ad 22. Sept. Duos Phocas Martyres in hoc sermone ab Asterio confundi notat Baronius ad Martyrolog. Rom. 14. Jul. quem vide etiam ad 5. Martii ubi notat verba quædam (quæ p. 178. edit. Combesfii leguntur,) laudari in septima Synodo.

10. Ἐς τὰς ἀγίας μάρτυρας. *Eusebium in Sanctos Martyres*. Incipit: εἶναι ὡς εἰκονὴν καὶ εἶδός τῶν. Ex Codice Card. Columnz, describente Jac. Sirmondo. Loca duo e MS. Cæsareo emendat Lambecius VIII. p. 373.

11. Ἐς μαρτύριον τὸ πανευφήμε μάρτυρος Ἐυφρασίας, ἑκφρατικ. *Euphrasia imaginis qua exprimitur martyrium clarissima Martyris Euphrasie*, sub Diocetiano passæ. Incipit: πρότερον γὰρ ὡς ἄνδρες Δημόδιον ἔχον ἐν χειρὶ τὸν δεινόν. Hanc ἑκφρασιν Asterii laudant Photius in Bibliotheca Cod. 271. pag. 820. & in Amphilochiis quæst. 125. & Adrianus II. Papa, lib. de imaginibus, profertque integram septima Synodus actione 4. Tom. III. Binii pag. 544. seq. Laudat iterum p. 659. Actione VI. & p. 700. Actione VIII. Combesfius vero ex Codicibus duobus Regiis castigavit, & nova versione donavit. Gallice cum primis quinque Homiliis vertit Franciscus Maucroix. parif. 1695. in 12.

Sex quas proxime hæctenus retuli, primus Græce & Latine edidit, Rubenianisque quinque subjunxit, & universas notis illustravit *Franciscus Combesfius* Tom. I. Auctarii novi Bibliothecz Patrum, Parif. 1648. fol. Latine deinde ex Combesfii versione subjunxit Theophilus Raynaudus, operibus Latinorum scriptorum Leonis Magni, Maximi Taurinensis, Petri Chrysologi, Fulgentii, Valeriani Cemeliensis & Amedei Lausanensis Episcopi, quæ sub titulo Heptadis præfulum Christiana sapientia & facundia clarissimorum Lugd. 1652. &

H h h h

Parif.

Parif. 1661. fol. *una hac*, ut quæritur in Bibl. Concionatoria Combesifius officii gratia, quod exprunclum meum producentis nomen est. Nimirum Dominicanî Combesifii nomen libenter fupprimendum ratus est Jefuita Raynaudus, profeffus etiam Cyriacorum adverfarius. In illa Combesifii Bibliotheca Concionatoria pleræque etiam Aferii homiliz ex Combesifii verfione Latine exhibentur.

12. Ἐγκώμιον εἰς τὸν ἅγιον πρωτομάρτυρα Στέφανον. *Laudatio S. Protomartyris Stephani.* Incipit: ὡς ἰσθὺς ἀληθῶς καὶ καλῶς. Ex Photii testimonio Cod. 271. Aferio Amaseno vindicatur & sub ejus nomine a Combesifio exhibetur Græce & Latine Tom. I Aucfarii novi p. 283. licet Codices quidam referunt ad *Proclum* Conftantinopolitanum, inter cujus Homilias a Vincentio Riccardo edita est, ut fupra, in Proclo dixi. At fallitur Clariff. Oudinus qui homiliam in Protomartyrem, Stephanum, quæ inter Nyffeni Opera T. III. p. 354. legitur, Aferii effe fcribit p. 59. fupplementi de Scriptoribus Ecclef. Illa enim licet fimilia quædam habet, alia est, atque incipit: ὡς καλὴ τῶν ἀγαθῶν ἡ ἀκολουθία. Vide quæ fupra cap. XX. in Nyffeni fcriptis, num. 44.
13. *In Pfalmum IV.* Incipit: ὡς περὶ τῆ παικιλία. Prodiit e MS. Cafareo Græce inter homilias Chryfoftomi T. VII. edit. Savilianæ p. 431. fed auctoritate Catenæ in Pfalmos 50. a Daniele Barbaro Latine editæ, Aferio vindicatur a Cotelerio, qui Varias Lectiones Codicis Regii Tom. II. monumenta p. 516. feq. publicavit.
14. 18. *In Pfalmum V.* Homiliz quatuor. Prima incipit: Οἱ τὸ μακάριον τελῶσιν τῆς ζωῆς. Secunda: ἕκ ἑταρῶς ἰσθῶς ἀπαλαῖσται τήμασι. Tertii: ὡς περὶ οἱ παρ' ἡμῖν λαμπρότεροι τυμφία. Quarta: Τὰ ῥήματα μὲ ἐνώτισαι κυριε, πῶτα ῥήματα. Quinta, inquit & de Jofepho, dicta τῇ μεγάλῃ δευτέρῃ magna fecunda feria, five feria fecunda Pafchatis. incipit: εὐφρανέσθω καὶ τὸ σὺν ἡ κλησίμῳ ἐκκλησία. Has quinque homilias ex Codice 2402 Regis Galliz Græce primus cum verfione fua vulgavit Jo. Barthelemy Cotelarius Tom. II. monumentor. Ecclefiz Græce Parif. 1688. in 4. p. 1 --- 48.
19. *In Pfalmum sextum.* Incipit: ἑρατιώτε πλεμμελήσαντ' ἀπολογία. Edidit Græce & Latine idem Cotelarius p. 48 --- 62.
20. *In Pfalmum feptimum.* Incipit: ὡς περὶ οἱ τῆς βασιλικῆς εἰκόσθω θρατήσ. Edidit idem Cotelarius cum verfione fua p. 62. --- 81. Ceterum



terum cum Asterius quoque Scythopolitanus, (ne de Asterio Cappadoce dicam) Psalms exposuerit teste Hieronymo, incertum num harum in Psalms homiliarum, ex quibus Catenæ Græcorum Patrum in Psalms subinde nonnulla jam sub Asterii jam sub Didymi nomine allegant, auctor sit Asterius Amasenus, an vero Asterius Scythopolita vel Cappadox.

21. Προσέτιμος εἰς τὴν μετάνοιαν. *Adhortatio ad penitentiam.* Asterio \* vindicatur ex Photii auctoritate Cod. 271. licet in quibusdam Codicibus refertur ad *Gregorium Nyssenum*, inter cujus opera prodiit Tom. II. edit. Ao. 1638. p. 165. & in Appendice Græcolatina operum Nysseni A. 1605. cum versione *Petri Francisci Zini*. Incipit: ἀνὴρ Θεοσεύς ὡς ἀπλῶς ἠκέσασθαι.
22. Εἰς τὴν παρειαβάσει τῶν νηστῶν. *In ingressum jejuniorum.* Etiam hanc Asterio Photius Cod. 271. vindicat, licet sub Nysseni nomine vulgavit Jac. Gretserus, Ingolstadt. 1617. in 4. Atque inde in Appendice operum Nysseni A. 1605. & in editione A. 1638. Tom. II. p. 247. prodiit cum ejusdem Gretseri versione. Incipit: Σὺ θῆρας ζῶν ὁ ἀνθρώπος.

X. Desiderantur sermones quos legit & ex quibus loca quædam in gustum protulit Photius Cod. 271.

1. In illud Lucæ X. 30. *Homo quidam descendit ad Jerusalem in Jericho.*
2. In illud Lucæ XVIII. 10. *Duo homines ascenderunt in templum ut orarent.*
3. *De Zaccho* Luc. XIX. 5.
4. *De duobus filiis.* Luc. XV. 11.
5. *In seruum Centurionis* Luc. VII.
6. *In Jairum & mulierem aïμορροῦσαν.* Matth. IX. 20. quæ postrema homilia Asterii citatur etiam a Nicephoro Constantinopol. in antirrheticis MSS.

His adde 7. *Encomium Basilei* Episcopi Amaseni qui sub Licinio circa A. C. 320. passus est 26. April. Typicum S. Sabæ ad illam diem: \*\* τὸ ἀγίον πάτερ Θεοῦ βασιλεῦς ἐπισκόπος Αμασίας. Εἰς τὸν ἕρθρον ἀναγο-  
 Hh hh 2 νώσκασθαι

\* Combeflus auctar. novif. p. 538. *Nyssenii homilia de peccatrice, ubi ipse Asterius, ut & alia quasi appendice Gregorio Nysseno attribuit.* Idem de homilia Nysseno tributa contra fornicarios & altera sup̄ sumptuos, sentit Tillemontius T. X. P. 413.

\*\* Cotelier, T. 2. monument. p. 515. Tillemont. T. V. memor. Hist. Eccles. 515. & 787.

οὐκ ἔστιν ἄλλο τὸ ἐπισημασμένον Ἀστέρην ἐπισημασμένον Δ;

ium Basilii \* ed.

dit quidem Henschenius: Græce & L. Sanctior. ad 16 April. Sed id recentiorem habet auctorem. Incipit: *Ὁ τὸ ἐπισημασμένον* *Ⓞ. λαχόντες.*

Photiana excerpta cum versione sua & notis Combessius. Homiliis Asterii subjunxit p. 211. seq.

Fragmenta quædam occurrunt & Asterii in Catena Graecorum Patrum ad Lucam, quam Lati id Balthasar Cordensis vulgavit Antwerp, 1628. in fol.

Homilia in tres Christi tentationes, quæ incipit: *Ⓞ. ἡμεῖς ὡς γὰρ ὁ Σολομῶνας*, quam Tom. VII. Chryostomi p. 301. Savillius Græce edidit, atque Combessius in Bibl. Concionatoria Asterii esse suspicatus est. Marius Mercator docet *Non esse*, sub cuius nomine Græce cum versione sua exhibet Jb. Garnerius Tom. I. Martiniatoris p. 85. Confer. Tillemontium Tom. XV. memor. p. 749.

### XI. Alii Asterii.

1. Asterium Amasenum Balthasar Cordensis eundem putat esse Asterium, qui una cum Acacio Berthoesasi frequentavit *Indiam Sabam* teste Theodoret cap. 2. religiosæ Historiæ. Sed et alii alii viri docti utrosque distinguunt, licet perperam Natalis Alexander \*\* eum de quo Theodoretus loquitur *Pater in Arabia* Episcopum fuisse affirmavit. Illum vero Juliani Sabæ discipulum, a puerili ætate in Monastica vita adjectum, ac deinde que religiosorum Monasterii (Gindarensis) circa A. 370. profectum sive Abbatem, & Catholicæ doctrinæ defensorum esse scribit Photius in Amphilochois, \*\*\* sive dubiis ad Amphilochium Cyzicenum.

2. Ab utroque, Juliani Sabæ discipulo & Amaseno illo discipulo sit Asterius Cappadox, ex Sophista Ethnico *Χριστιανισμῶν ἐπισημασμένον*

\*<sup>1</sup> Allæ sunt Basilii Amaseni Acta, quæ sub Iohannis presbyteri; Nicomedita sita nunc extant etiam Latine apud Surium 26. Apr. Incipiunt: *Εὐχριστῶ μὲν τὸ παλαιῶν Κύριον*. Alia quæ sine nomine citat Eustrachius Constantinopol. presbyter in libro contra Psychopannychitas c. 20. ad calcem Allatii. de purgatione p. 92. λέγει. *τὸ αὐτὸν ὁ τὴν διήγησιν ἔχει μαρτυρίαν ἀπὸ ἀρχαίων τῶν ἀγίων Πατέρων ἐπισημασμένον Ἀμασίας καὶ Μάρτυρος*.

\*\*<sup>2</sup> See. IV. p. 148.

\*\*\*<sup>3</sup> Locum Photii exhibet Combessius. T. I. Auctor. navip 287. & Montfalconus p. 340. Bibl. Coislinaiana.

sed in persecutione Diocletiani & Maximiani circa A. c. 304. iterum idolorum cultor: inde quum Luciano Martyre magistro suo † ad penitentiam eum reducente ad Christianos rediisset, promachus Arianorum, Episcopatum quem ambiit nullum adeptus est, quod persecutionis tempore sacrificasset. *ὑποδύναμις ἀδελφῆς πίστεως ἀποδυμῆται*, *ἰερῶν ὑμῶν ἡσέχουσι, διὰ τὸ ἐπιτεθῆναι καὶ τὸν διωγμὸν*, ut narrat Socrates lib. I. c. 36. & Nicephorus lib. 8. c. 53. Vide & Epiphanium LXXVI. 3. Scripsit *ὠνταγμα*, quo Christum rebus creatis accensuit, citatum ab Athanasio, & Epiphanio, confutatum a Marcello Ancyrano. Confer Hermantium in vita Athanasii T. I. p. 344. seq. & Tillemont. T. VI. memor. Hist. Eccles. p. 29. *Commentarios* hujus Asterii in *Psalms*, allegat Eusebius in *Psalms* p. 28. & Catena \*MS. in *Psalms* in *Bibl. Coislina*: memorat Hieronymus de *scriptoribus Eccles.* c. 94. ubi etiam in *Epistola ad Romanos* & in *Evangelio* scripsisse testatur: Et contra *Marcellum*, *libros*, quibus Sabellianam eum heresim arguit, (id. c. 86.) *multaque alia*, quae a *sanctis* hominibus *studiosissime leguntur.* (id. c. 94.)

3. Quartus est Asterius: idem Arius, Episcopus Cyrensis, quem precibus Juliani Sabaz (circa A. C. 372.) morti datum narrat Theodorus in *religiosa Historia* cap. 2. & Photius in *Amphilochois* quest. 125.
4. Incertum sitne: idem cum hoc Asterius Episcopus Arius, quem in Concilio Seleuciensi (A. C. 359.) a Semianianis ob crimina quae illi imputabantur excommunicatum narrat Socrates lib. 2. c. 40. Tillemontio quidem T. 6. p. 785. memoriar: videtur is esse Asterius Cyrensis, Blondello Scythopolitamus, auctori perpetuitatis fidei Catholice Petrus, de quo mox.
5. Alius Asterius Monachus, quem laudat Nazianzenus proreptico carmine ad Hellenium T. II. p. 109. *Ἐὶς δὲ καὶ Ἀστῆριον ἐκείνου* *ὄψιν* *ἀναδεδῆκε* &c.

EBH. H. H. 3;

CA

† Philiborgius II. 15.

\* Vide Clariss. Montfauconi catalogum *Bibl. Scopolitanae* in *Coislina* pro *Epistola* in *Catena Corderiana* ad *Psalms* saepe Asterius allegatur, & dicitur tum a *Nigerturne* Asterius Scythopolita, qui & ipse in *Psalms* scripsit: tum a *Hieronymo* Epistola 74, ad *Augustina*.

6. Asterius *Petra* in Arabia Episcopus, qui Concilio Sardiceni A. C. 347. interfuit, quemque ab Arianis (circa A. C. 347.) in superiorem Libyam relegatum tradit S. Athanasius ad solitariam vitam agentes T. I. p. 820. Vide Martyrologia 10. Jun. Interfuit adhuc Concilio Alexandrino A. 362.
7. Asterius subpræfectus Cappadociæ, ad quem Epistola Nazianzeni CXXV. CXXVI. CXXVII. Alius Nysseni *ὀμνίας*, cujus meminit Basilii Epist. 44.
8. Asterius *Scythopolita*, quem inter celeberrimos Ecclesiæ scriptores refert S. Hieronymus Epist. 83. ad Magnum Oratorem p. 656. & post Origenem, Eusebium & Theodorum Heracl. in universos Psalmos scripsisse ait Epist. 74. ad Augustin. Male Hendreichius in pandectis Brandenburgicis hunc eundem facit cum Asterio Cappadoce.
9. Asterius Patriarcha *Alexandrinus* (tempore Justinii Imp.) memoratur in Actis Arethæ & Sociorum apud Surium ad 24. ~~Quod~~ Sed Nicephorus Constantinopol. Theophanes & alii qui Catalogum Episcoporum Alexandrinorum texerunt, hunc Asterium ignorant: unde commentitius videtur Antonio Pagi ad A. C. 521. n. 18.
10. Asterius præfectus tempore Maximiani, cujus mentio in Actis S. Victoris Martyris Massiliensis apud Franciscum Bosquetum T. II. Ecclesiæ Gallicanæ 134.
11. Turcius Secundus Asterius *Consul* A. C. 449. & alius A. 494. Incertum idemne sit Turtius Rufus Asterius qui emendavit præclarum Codicem Virgilii, obvium in Bibl. magni Hætrici Ducis (de quo Henr. Noris in Cenotaph. Pisam. 363. diff. IV. c. 2.) Alius Asterius Turcii Aproniani (qui A. C. 363. præfectus Romæ fuit) filius, de quo clariss. Muratorius diff. 2. ad 5. Paulini carmina, T. I. anecdoton Latinor. p. 143. Tillemont. T. IV. Hist. Imperator. p. 981. 1158.
12. Asterius *præfectus Orientis* sub Arcadio, de quo Nicephorus XIII. 2. Alius, imperante Mauricio, id. XVIII. 12. & 13.
13. Ab eo diversus Asterius Comes, & Armeniæ Dux cujus meminit S. Athanasius in fine Apologiæ T. I. p. 688. & Epist. ad solitariam vitam agentes T. I. p. 845.
14. Asterius presbyter *Antiochenus*, Eunomianus, cujus mentio apud Philostorgium lib. X. cap. 1. Nicephorum XII. 8. Hist. 15.

15. Asterius *Amidensis*, in Mesopotamia Episcopus inter Orientales illos fuit qui Cyrillum Alex. & Memnonem in Synodo Ephesina deposuere A. C. 431.
16. Asterius Episcopus *Tridentinus* cui Virgilius successit A. C. 385. vide vitam S. Vigili apud Bollandum 29. Maj.
17. Asterius sub Valeriano Imp. *Senator* Romanus, Martyr de quo Nicephorus lib. VI. Hist. c. 14. In Eusebii Codicibus Græcis l. 7. Hist. c. 16. Ἀστύριος. Sed Asterium habent, præter Rufinum etiam Martyrologia 3. Martii, & Menologia 7. August. Omitto alios Martyres hoc nomine; Edesseum sub Numeriano 20. Maj. Ægeatem sub Diocletiano 23. August. & Ostiensem sub Alexandro Severo 21. Octobr. & Rufinam ac Secundam martyres, Asterii clarissimi filias, 10. Jul.
18. Asterius *Medicus*, cujus collyrium refert Aetius tetrabibli 2. lib. 3. cap. ult.
19. Asterius ταχυρῆς, cujus mentio in Synesii Epist. 61.
20. Asterius *subdiaconus* per quem Hieronymus A. C. 396. & 402. Epistola V. ad Augustinum misit, quemque filium suum & necessarium appellat Epist. 69. edit. novæ & Augustinus Epist. ad Hieronymum ejus mentionem faciens: *nunc tamen eis ipsis respondēboliteris, quas mihi per sanctum filium nostrum Asterium jam mittere dignatus es.* Hic postea *Vici Africae Episcopus*, qui Collationi Carthaginensi A. C. 411. interfuit.
21. Asterius *presbyter* & *notarius* in Concilio Constantinopol. A. C. 448. quo Eutyches damnatus est. Idem Asterius ad quem Leonis Magni Epistola 53. Aq. 450. data in qua & Asterii Episcopi a se ablegati mentio, sed qui in aliis Codd. Etherius appellatur.
22. *Asterius Urbanus* qui allegatur ab Anonymo adversus Montanistas apud Eusebium lib. V. hist. cap. 15.
23. Omitto Asterium Cretensem, cujus servus Marnas a Gazzis cultus pro DEO, ut tradit S. Epiphanius in Ancorato c. 108. T. II. p. 109.

XII. JOANNES cognomento Scholasticus (ὁ ἐπίκλησθ' Σχολαστικός, in titulo vitæ a Daniele Monacho scriptæ) notior est nomine CLIMACI, quod accepit ab edito opere a) cui titulus κλίμαξ.

\* Scholasticus, id est, eruditus.

a) Sic a scriptis suis cognomina tulere Hermes Pastor, Gregorius Dialogus, Antonius Malissa, Micrologus, Ligurinus &c. Vide Clariss. Jo. Molleri Homenymono-

μαξ, sive *scala Paradisi*, unde ο της φωκίζουσης κλίμακας ὑπερφητης illuminantis *scala* interpretatur dicitur ab auctore vitæ S. Stephani junioris b) Quamquam omni humaniore doctrina imbutus c) esset, tamen annos natus undeviginti Asceticam vitam prætulit, atque inter Monachos velut rudis atque illiteratus vixit per annos quadraginta: Hinc Abbas montis Sina constitutus, in summa pietatis laude admodum senex obiit d) successore in Abbacia relicto Georgio fratre, qui decimo post eum mense similiter est defunctus. De anno obitus non plane constat, licet circa A. C. 580. scripsisse Johannem Climacum, Labbeo, Pagioque e) assentior. Memoriam ejus Græca & Latina recolat Ecclesia 30. Martii. Vitam ejus breviter tradunt Græcorum Menæa ad eundem diem: Incipit: Ἐπιτομὴ ἐκκαίδεκα χρόνων ὑπάρχων: Paulo fusius Daniel Monachus Raitruensis. Incipit: Τὸ μὲν τίς ἡ ἐνεγκαμένη τὸν καὶ ἐκθρέψασα. Præterea Anonymus quidam, non multo, ut vult videri, Climaco junior. Incipit: Ἐλθὲντι ποτὲ τῷ Ἀββᾷ. Hæc tria scripta Græce & Latine a Mattheo RADERO exhibentur in Hagoge quam Climaco suo præmisit, & in qua alia etiam de illo aliorum testimonia quædam præfixit. Vitam a Daniele Monacho traditam habes Latine præfixam Climaco in Bibliothecis Patrum & in aliis Climaci editionibus. Latine quoque dederat Lipomannus Tom. II, p. 401. & Surius ad 30. Martii. Conferendus etiam Henschenius in Actis Sanctorum ad illum diem. Plures Græcorum Canones sive Ody in Climacum in Ecclesiasticis illorum libris leguntur, e quibus Ignatii Melodi canonem laudat Allatius contra Hottingerum, p. 195. Confer Triodiam in Syn-

nymoscopiam p. 875. seq. Cæterum lapsus est Trithemius, qui Climacum nomenclat sine Scholasticum sonare scribit, neque enim scholasticum Raderi & Labbei in mentem illi venisse suspicor.

- b) In Analektis Græcis sive T. A. monumentor. Ecclesie Græcæ Coseleris p. 419.  
 c) Elias Cretensis de Joanne Climaco; καίταυτε τὴν ἀνθρωπίνην πᾶσαν σοφίαν ἀκριβῶς ἴσκημὲν, καὶ ἰδιώτας ὡς ἀγροικοὶ ἀπλαθῆξ ἀπαιδέυτες ἐβίωσαν ταπεινῶν ἑαυτὸν διὰ τὸν Θεόν.  
 d) Labbeus, Oudinus & Caveus scribunt in Menæis tradi, quod Joannes Climacus præ Centenarius obierit. Hoc in iis non reperio, quæ ex Menæis Raderus de Climaco præmisit.  
 e) Labbeus de scriptoribus Eccles. T. I. p. 266. & 552. Antonius Pagi in Critica Baronsiana ad A. C. 594. 9. Cæterum Elias du Pin T. V. Bibl. scriptor. Eccles. p. 98. seq. natum putat Climacum circa A. C. 525. & obiisse sub initia sæculi septimi.

Synaxario Dominica IV. Quadragesimæ. Denique Johannis Climaci, Johannis Damasceni & Joannis Eleemosynarii vitas moralibus documentis illustratas edidit Johannes Vicartius Jesuita, Tornaci 1664. in 4. Citatur Climacus a Dorotheo Archimandrita, quem admodum ipse laudat antecessorem suum Sabbam, nec non Johannem Cassianum. Iconem ejus ære descriptam una cum elogio habes in Theophili Spitzelii τῶν μακαρίτων Academia Jesu Christi pag. 206. seq.

XII. Rogatus a Joanne Abbate Raithuensi, cujus Epistola cum Climaci responsione præmittitur, scripsit jam Abbas, adeoque sexagenario major, librum in triginta capita ac totidem veluti virtutum gradus distributum, qui ut jam dixi inscribitur κλίμαξ *scala* sive πλάκες πνευματικαὶ *tabule præceptorum asceticorum spiritales*. Hoc veluti præcipuum religiosæ vitæ commonitorium Monachis commendatissimum per multa sæcula fuit, unde toties descriptum occurrit in omnibus propemodum Bibliothecis, Cæsarea, Vaticana, Vallicellana Romæ & in monasterio S. Basilii, in quo antiquissimum Codicem asservari refert Clariss. Montfauconus p. 215. Diarii Italici: tum in Bessarionis Veneta, Florentina Medicea, Urbini & Pisauri, Messanæ, Scoriacensi, Bodlejana, Regia Parisiensi, Segueriana sive Coisliniana. Plures etiam illud scholiis & commentariis illustrandum pridem in se suscepere, ut

1) *Joannes Raithuensis* monasterii ad Elim sive LXX. fontes Abbas, idem qui libri scribendi auctor Climaco fuit, cujus scholia Latine tantum hæctenus viderunt lucem in Bibliothecis Patrum cum Climaco. Paris. 1610. & deinde ibidem, Colonia, ac novissime Lugduni, T. X. p. 507--520.

2) *Elias* Cretensis Metropoli circa A. C. 787. clarus, cujus commentarius vix grandis in tria volumina distinctus, & ferme Eustathii παραβάσεις in Homerum mole æquans, integer in Bibliotheca Bessarionis Venetiis, ac Parisiis in Coisliniana & Romæ in Chigiana: sed capite & fine mutilus exstat MS. in Bibl. Augustæ Vindelicor. In Bibl. Cæsarea volumen secundum servatur, complectens commentarium a gradu VIII. ad XXV. Vide Lambecium IV, de Bibl. Vindob. pag. 193. seq. In MS. uno Codice Coislinianæ hæc ἐγγήσις refertur ad *Photium*. Vide Clariss. Montfauconi Catalogum MSS. p. 141. Hanc exegefin

non edidit sed pauca ex illa excerpta scholiis aliis Anonymi de quo mox, permixta Raderus in Climaco suo dedit Græce & Latine.

3. *Anonymus*, Elia junior, qui ex eodem & aliis scholia in Climacum composuit, quæ e MS. Bibl. Bavaricæ primus vulgavit cum Climaco, & versionem Latinam addidit Raderus. Citantur ab hoc Anonymo præter sacras litteras, Magnus Antonius, Aristoteles, Athanasius, Barfanuphius, Basilius, Chryfologus, Chryfostomus, David Hieremias, Diadochus (Photices Episc.) Do- rotheus, Ephraim Syrus, Evagrius, Gabriel solitarius, Gregorius Naz. Theologus, Gregorius Nyssenus, Joannes Carpathus Joannes Damascenus, Isaacus præbyter, Isaias Abbas, Isidorus Pelusiota, Maximus, Marcus Monachus Eremita, Nilus, Photius Patriarcha, Syncletice, Thalassius, Theodoretus & Theodorus Edeffenus.
- 4) *Hierobew* Monachus, cujus Isagoge in Climaci scalam MS. in Bibl. Cæsarea. Vide Lambecium IV. p. 192.
- 5) *Anonymus* cujus synopsis scalz versibus Jambicis Græcis XLII. ex- stat in Codice Coisliniæ Bibliothecæ, de quo laudatus Mont- fauconus p. 141.

Omitto 6) *Dionysium Carthusianum*, qui medio sæculo XV. Latine scripsit enarrationes in Johannis Scholastici Climacum, cum paraphrasi aliquot scriptorum Cassiani editas Colon. 1540. fol.

In Codice Græco Cæsareo, de quo Lambecius IV. pag. 190. præfigitur imago scalz paradisi, quæ a terra usque ad cælum per- git, & triginta constat gradibus. quorum unusquisque peculiari ti- tulo suo capitibus singulis scalz Climaci respondens, insignitus est. In fastigio stat Servator noster Christus, & monachos a dextero la- tere ascendentes protensa manu benigne excipit: infra autem jacet Draco infernalis, monachos de sinistro latere scalz decedentes hian- ti ore deglutiens. Imaginem illam ære descriptam e Lambecio ex- hibet etiam Nesselius parte 1. 306.

XIII. Exstat præterea Jo. Climaci libellus seu *Epistola πρὸς τὸν ποιμένα ad Pastorem*, (eundem ut videtur Johannem Raithuen- sem Abbatem) de officio Cœnobiarchæ. Hanc primus Græce e tribus Co- dicibus Bibl. Augustanæ vulgavit & novam versionem suam notasque addidit Matthæus Raderus, Augustæ Vindel. 1606. in 8. Scholia veteris auctoris



authoris Anonymi demum in altera editione in fol. accessere. Epistolae Climaci plures ad Monachos, Trithemius memorat, sed quae nusquam exstant.

#### XIV. Editiones Scalæ Jo. Climaci.

*Latina.*

Anonymo interprete, Venetiis apud Pincium 1518. in 8.

Ambrosio Camaldulensi interprete Venet. 1531. 1569. atque Colon. 1583. Mich. Isseltio Amerfortio curante & 1593. 1601. in 8. una cum Sophronii praeceptorum spiritualium, & Petri Venerabilis libris duobus de miraculis. Colon. 1624. in 8. Et in antiquioribus Bibliothecarum Patrum editionibus Paris. & Colon. Et cum Dionysii Carthusiani enarrationibus Colon. 1540. fol.

Matthæo Radero S. I. interprete. In editione Bibliothecarum Patrum Lugdunensi A. 1677. Tom. X.

*Italica* versio Venet. 1585. apud Petrum Marinellum.

*Græcobarbara*, curante Maximo Margunio, Cytherorum Episcopo, Venet. 1590. 4.

*Hispanica* A. 1504. Toleti fol. & alia recentior, Ludovici Granatensis. Salmanticae 1571. 8.

*Græcolatina* Matthæi Raderi, S. I. typis luculentis Paris. 1633. fol. apud Sebastianum Cramoisius. Hic Raderus pluribus Codicibus, quatuor ex Bibl. Bavarica, tribus ex Augustana, & uno Andreæ Schotti ad alium etiam castigato usus, scalam edidit cum veteribus Anonymi scholiis, qualia etiam Epistolæ ad Pastorem addidit, antea inedita. Latina versio ejusdem Raderi est, quemadmodum & Isagoge, in qua de Joanne Climaco & ejus scala copiose differitur.

*Gallica*, Arnaldi Andilly Paris. 1654. 11. qui doctè Climacum etiam notis illustravit in altera editione, ibid. 1661. 1688. 12. laudatus a Costelero T. L. monumentor. Ecclesiarum Græcarum p. 796. & Elia du Pin, T. XVIII. Bibliothecarum Scriptorum Ecclesiarum p. 93. & Tom. V. pag. 101.

\* \* \* \* \*

*Slovenica* scalæ Joh. Climaci versionem exstare MS. in Bibl. Segueiriana (quæ hodie Coislina) didici ex veteri ejus Catalogo edito Paris. 1686. 12. p. 33.

Latina versio *Angeli de Cingulo cognomento Clarenii*, Ordinis Minorum sive Franciscani, qui circa A. C. 1294. vixit: aut *Hieronymi Oforii*, quem scalam Jo. Climaci interpretandam suscepisse tradunt, non vidit lucem. De qua autem tanquam indocta & obscura versione, Camaldulensis loquitur, videtur hæc mihi esse non Angeli hujus, ut Raderusc. 4. Isagoges opinatur, sed altera illa *Pedacio* edita.

## CAPUT XXIX.

### De SIMPLICIO, interprete Aristotelis & Epicteti.

*Simplicii ætas & laus. 1. Ejus commentarius in Physica Aristotelis. 2. Index scriptorum in illo allegatorum. 3. Commentarius in Aristotelis Categorias. 4. Index scriptorum qui in illo laudantur. 5. Commentarius in libros Aristotelis de Cælo. 6. De Anima. 7. In Epicteti Enchiridion. 8. Index scriptorum in hisce commentariis laudatorum. 9. Scripta Simplicii deperdita vel inedita. 10. Alii Simplicii. 11.*

#### I.

**S**IMPLICIUS patria Cilix a) Ammonii b) & Damascii Syri Stoici Philos. discipulus, c) & Eulamii d) Phrygis familiaris, unus ex illis Philosophis, qui cum pertinaciter Æthnicismo ad-  
hære-

- a) Cilicem Simplicium agnoscunt Agathias lib. II, p. 65, & Suidas in *ἠθικῶν*. Itaque apud eundem in *Δαμασκίης* vel Suidæ ipsius vel librarii lapsus est, quando legitur *Σιμπελικίης καὶ εὐκαμίας τῶν Φρυγῶν* pro *τῆ Φρυγίης*.
- b) Ammonium passim *καθηγημένον* suum & *διδάσκαλον* vocat Simplicius ut p. 321. b. in *Physic.* & in libros de *Cælo* p. 113. ubi cum eo fidera se Alexandria contemplatum refert. Intelligitur Ammonius Hermes, de quo dixi supra lib. IV. cap. 26. §. 12. seq.
- c) Damascius itidem *καθηγημῶν* & *ὁ ἡ ἑτεροῦ Δαμασκίῳ* a Simplicio appellatur, qui post eum jam defunctum scripsisse se in *Physica Aristotelis* innot. p. 184. Unde Damascium hunc Simplicii fuisse auditorem cave credas *onho* p. 302. ubi successionem Philosophorum Scholæ Atheniensis illa ætate tradit.
- d) Eulamius appellatur hic Philosophus in pluribus Codicibus Suidæ in *Δαμασκίῳ* &

hærent, rebus suis sub Justiniani imperio parum fidentes, profecti sunt cum Areobindo ad Regem Persarum Cosroën, e) sed spe sua frustrati Athenas reverterunt, postquam in induciis Romanorum cum Persis A. C. 549. cautum esset, ut illis tuto redire in sedes suas, & arbitrato suo vivere liceret, nec avita sacra mutare a Christianis cogentur. Fuit Simplicius eximius quidam inter eos, qui Philosophiam professi Peripateticam, eandem non opponere Pythagoræ aut Platonis Scholæ & Stoicis, sed conciliare cum illis f) studerat, adeoque in omnibus illis operam assiduam posuissent, quod ex scriptis ejus etiamnum apparet, quæ ætatem tulerunt, cum non pauciora interciderint. Sed & hæc quæ exstant tanquam thesaurus quidam veteris Philosophiæ, magni merito faciendæ existimatum ob insigne Simplicii ipsius judicium, tum ob fragmenta ex monumentis vetustissimorum Philosophorum g) quæ illa jam ætate raro obvia servavit, hypomnematisque suis passim intexuit. Commentario autem ejus in Enchiridion Epicæti fateor me ita esse affectum, ut in tota antiquitate putem exstare paucissima scripta ( de Ethnicis jam loquor) quæ vel ad mores formandos saniora præcepta contineant, vel providentiam divinam rectius asserant propugnentque.

## II. Scripta Simplicii quæ exstant.

I. ὑπόμνημα, Commentarius in octo libros *Physicæ ἀκροάσεως Ἀριστοτέλις*, in prælectionibus ad Auditorum coronam expositus, quos alloquitur pag. 173. ὑμῖν καθημένοις. Hunc Græce primus edidit &

ii 3

Herculi

& apud Agathiam, itaque illi scripturæ malo assentiri quam quod apud Suidam in *πρόσβας, εὐλαλιῶν* legitur.

e) Agathias lib. II. Hist. p. 65. & Suidas in *πρόσβας*. Cæteri Philolphi Simplicio in itinere comites fuere Damascius Syrus, Eulamius Phryx, Priscianus Lydus & Phœnices Hermias & Diogenes.

f) Hinc est quod Petrus Petitus libro I. de extensione animæ & rerum incorporearum natura p. 55. *σμπλήρη βετερωτ Philosophorum coarctatum* Simplicium appellat. Prudenter autem Simplicius monet eos qui Philosophiam tractant, ut abstineant ab inani contendendi studio *φυλάττεσθαι λρητὴν ἐριστικὴν Φλυαρίαν, εἰς ἣν πολλοὶ τῶν Ἀριστοτέλει συγγνωμένων ἀποπίπτουσιν* p. 2, b. in Categ.

g) Ut Archytæ, Melissi, Empedoclis, Anaxagoræ, Diogenis Apolloniæ, Parmenidis, Theophrasti, Eudemæ & aliorum. Vide, si placet, Indices quos infra exhibeo.

**Herculi Gonzagæ** Episcopo Mantuano dicavit paullo post Aldi Manutii mortem Franciscus Asulanus, Venet. 1526. fol. cum Clementis VII. Pontificis & Senatus Veneti privilegio. Latine vertit *Luillus Philaltheus*, cujus interpretatio eidem Herculi Gonzagæ jam Cardinali inscripta & marginalibus argumentis notata vidit lucem Venet. apud Hieron. Scotum 1543. fol. & Paris. 1545. fol. apud Johannem Roigny. Eadem versio recusa sine interpretis nomine, & dedicatione ad Gonzagam omissa, Venetiis 1565. fol. apud Hieron. Scotum. Licet vero titulus hanc editionem innumeris pæne locis integritati restitutam & ab innumeris erroribus diligentissime castigatam profitetur, tamen innumeris in locis versio adhuc obscura est falsaque. Labbeus etiam editonem Venetam Anni 1587. commemorat, quam haud vidi, uti nec editionem Venetam 1567. fol. per *Job. Vincentiam a Collibus*, quam video memorari in Catalogo Bibl. Barberinz. Quantus porro in hoc opere lateat veteris doctrinæ Philosophicæ apparatus, lectorem conjicere velim velex hoc indice scriptorum qui in illo allegantur. Loca nonnulla Simplicii ad Aristotelis Physica illustrat Petrus Petitus in libris *Miscellanearum observationum*, vulgatis Trajecti ad Rhenum 1682. 8. Proœmium in Simplicii in Physica laudat Stobeus cap. 5. 7. & 9. florileg. *Ind. proœmium*. Themistianæ Physicorum Paraphrasi in *Hermolii Barbari* versione præmittitur.

### III. INDEX SCRIPTORUM

à

#### SIMPLICIO Commentariis ad Aristotelis Physicam allegatorum

*Compositus a me ad paginas editionis Græcæ Aldinæ.*

**Adrastus** 2. *ἐν τῷ ὀβελί τῆς τάξεως τῶν Ἀριστοτέλους συγγραμμάτων*, i. b. ejus locus 26. b.

**Ægyptii** 51. 150. de origine universi *μυθικὴ ὁρῶσις*. 268. 270.

**Alexandri Magni** Epistola ad Aristotelem 2. b.

**Alexander Aphrodisi.** 1. 3. a. b. 4. a. b. 5. 6. a. b. 8. b. 9. a. b. 10. a. b. 11. a. b. 12. a. b. 13. a. b. 14. b. 15. a. b. 16. a. b. 17. a. b. 18. a. b. 21. a. b. 24. a. b. 25. 27. b. 28. 29. a. b. 30. a. b. 32. a. b. 33. b. 34. b. 35. b. 36. a. b.

271

37. a. b. 38. a. b. 40. b. 41. a. b. 42. a. b. 43. a. b. 45. 46. a. b. 47. 48.  
 49. 51. a. b. 52. b. 53. a. b. 54. b. 56. 57. b. 58. a. b. 59. a. b. 60. 61.  
 b. 62. b. 64. 67. 68. a. b. 69. a. b. 70. 71. a. b. 73. 75. b. 76. a. b. 77. b.  
 78. b. 79. a. b. 80. a. b. 82. a. b. 83. a. b. 84. a. b. 85. a. b. 86. a. b.  
 88. 90. a. b. 91. a. b. 92. b. 93. 94. b. 95. a. b. 96. a. b. 97. a. b.  
 98. a. b. 99. b. 100. 101. a. b. 102. a. b. 103. a. b. 105. b. 107. a. b.  
 108. b. 109. 110. b. 112. 114. 115. 116. b. 119. 120. a. b. 121. b.  
 122. a. b. 123. b. 125. a. b. 126. b. 127. a. b. 128. b. 129. 130. 131.  
 132. b. 135. a. b. 136. 137. a. b. 138. b. 140. b. 152. b. 153. a. b. 154.  
 155. 156. a. b. 157. a. b. 158. b. 159. a. b. 161. 163. 164. a. b. 165. a.  
 b. 166. a. b. 167. 168. b. 169. b. 172. a. b. 173. b. 174. 175. a. b. 176.  
 a. b. 177. a. b. 178. 179. b. 180. a. b. 181. a. b. 182. a. b. 185. 190. b.  
 193. b. 195. b. 196. b. 197. b. 198. b. 200. b. 201. 202. b. 203. a. b.  
 204. 205. 206. 209. a. b. 211. b. 212. b. 213. b. 214. b. 217. a. b. 218.  
 b. 219. 220. 222. 225. b. 226. 227. b. 229. a. b. 233. 237. b. 238.  
 239. a. b. 242. a. b. 243. 245. a. b. 246. 250. b. 251. 253. b. 254. a.  
 257. a. b. 258. b. 259. b. 263. b. 269. a. b. 270. b. 271. 272. b. 273.  
 b. 275. b. 276. a. b. 277. a. b. 278. b. 280. 281. 282. 283. b. 284. a.  
 b. 286. 287. 288. a. b. 289. a. b. 290. 291. b. 294. 296. 298. b. 301.  
 a. b. 303. 304. a. b. 305. 307. 309. b. 310. 311. b. 312. 315. b. 316. b.  
 317. a. b. 318. a. b. 319. 320. b. 321.

Ἀφροδισιεύς 5. 10. 17. 28. b.

Ὁ ἐξηγητής. 46. b. 167. Καλῶς πάντα σχεδὸν ἐξηγῆται. 169.

Τὸ τὸ ῥησείδιον αἰνεῖ ἐξηγητὸν κατέλιπεν. 53.

Ἐξηγῆται τὴν λέξιν. 10. 24. b. 105. διχῶς εἴξας, διττὴν ἐποίησατο τὴν  
 ἐξήγησιν 15.

Ejus ὑπομνήματα a librariis fortasse turbata 74. b. πρὸς τῷ τέλει τῶν  
 εἰς τὸ βιβλίον, ὑπομνημάτων 312.

Ejus ὑπόθεσις de anima, ἀχώριστοι εἶναι τὸ σῶμα τὴν ψυχὴν, ubi  
 male interpres separatam pro inseparabilem adde 282. b. 294. τὰς  
 ἐν ταῖς κλανωμέναις σφάιραις ψυχὰς καὶ συμβεβηκὸς κινεῖσθαι φησιν,  
 ibid.

Ἔδοξέ μοι καινοπαρεπιῶς ἐξηγηθῆαι 288.

Ἔοικε τῷ Εὐδήμῳ καὶ κολληθῆναι ὁ Ἀλέξανδρος 3. ἐκ τῶ Εὐδήμου λα-  
 βῶν 217. b. ὁ ἐπιμελέσας Ἀλέξανδρος 16. γησιώτερος τῶν Ἀρι-  
 στοτέλους ἐξηγητῶν 17. b. 56. b.

ἑνωθῶς

Εισωθός και ΕΦ' ὃ μηδὲν πρὸς ἔπΘ τον Πλάτωνα ὠμίγειν 130. ὁ φιλο-  
πονώτατος των Ἀριστοτέλους ἐξηγητῶν ὁ ἐξ Ἀφροδισιάδος Διδάξανδρος  
188. b.

Ejus liber περὶ μίξεως respicitur 123. b.

ἐν τοῖς περὶ αἰσθησεως και αἰσθητῶν 178.

ἐν τοῖς πρὸς ζηνόβιον τὸν ἐπιμύθειον ἀντιγεγραμμένοις 113. b.

ἐν τῷ εἰς τὸ δεύτερον τῆς περὶ ἕραν ὑπομνήματι 282. b.

Ammonius Simplicii præceptor five καθηγητῶν 321. b. 13. b. 39. b. 42. ff.

Ejus liber, quo toto probavit Aristotelem statuisse, DEUM esse π-  
σοιητικὸν αἴτιον τῆς παντὸς κόσμου 321. b.

Anaxagoras 2. b. 5. b. 10. 33. 34. b. 35. a. b. 36. 37. a. b. 38. a. b. 39. 42  
b. 51. b. 67. 73. b. 83. b. 87. 104. b. 105. b. 106. b. 107. 112. b. 113. a.  
b. 124. 151. b. 153. b. 154. 2+5. 248. b. 257. b. 258. 265. 272. b.  
273. a. b. 283. 292. 295. b. 310. 321. a. b.

Hegesibuli F. κοινότησας τῆς ἀναξιμένους φιλοσοφίας 6. b. Physicus 9.  
Anaximandri Philosophiz propius accedit 6. b. 33.

Clazomenius 2.

Ejus verba ἐκ τῆς πρώτης περὶ φύσεως 8. 33. b. ubi proluxa & insignia  
loca: adde 34. b. 35. b. 37. 38. a. b. 39. 106.

Anaximander 5. b. 8. a. b. 32. 33. 51. b. 104. 105. b. 107. 111. 112. b.  
257. b. 273. b. 295. b. 310. Πραξιάδου Μιλήσιου, 9. b. Θαλῆτος  
μεινΘ διάδοχου και μαθητῆς 6. Physicus 9. πρώτου αρχηγοῦ  
σας τοῦ ὑποκοίμενον 32. b.

Anaximenes 5. b. 8. b. 32. a. b. 39. 44. 60. b. 104. 105. b. 112. b. 257. b.  
273. b. 310. εὐρυστράτου Μιλήσιου 9. b. ἰταλίου γεγονότος ἀναξι-  
μένους 6. Physicus 9. 24. b. ejus versus: γῆ και ὕδωρ πάνθ' ἕσασθαι γινώσκῃ  
φύονται. 41.

Andronicus 101. 103. b. 216.

Antipho Sophista 61. b. 62. b. 63.

Antiphontis quadratura circuli 12.

Apollonius Geometra 13. b.

Archelaus 217. b. ὁ Ἀθηναῖος, ὃ και Σωκράτη συγγεγονέναι φασί, ἰσο-  
ξαγορευ γενόμενος μαθητῆ 6. b. ἐν μὲν τῇ γενέσει τῆς κόσμου (παρ  
interpret: in commentatione de mundi ortu) καὶ τοῖς ἄλλοις πραγ-  
μασι τῆς φύσεως ἴδιον 7.

Archimedes 13. b. ubi de ejus quadratura Circuli. τὸ εὐαριστερῶς  
γινόντων τὸν καλούμενον χαρυσίωνα συστήσας 255. ejus dictum: πᾶσι  
και κινῶ τὰν γῆν. Ibid. Archytus

ISTOT. 625

Dorice scriptum ex

ἐξ ὀψίων 1. ἐξ τῶν  
i V. priores ἐξ ἀρ-  
.216.

his responsione 2. b.  
opitex, 320. b. seq.

τάγαθῶς ὁ ἀριστο-  
λάτων ἐταῖροι πα-  
λῶς 10+. b. ubi Ale-  
testatur. iudem λό-

13.

sed & de Cælo, de  
hysicæ auscultatio-

Physicorum editio  
n Peripateticismos

7.

ibus 2.

ἐπινοίας Πλατωνικῆς  
Pla-

- Platonis vestigiis infilit. Aristoteles. 96. 88. 89. 180. 194. b. 290. b.  
**Aristotelis** ἐτάλοι 190. Theophrastus & Eudemus 187.  
**Aristotelis** ἐπιστήμης ἰδίων ἐστὶ το προσεχῆς ἀρχὰς αἰετῶν ἀποδείξεων λαμβάνειν, κτὲ μὴ κοινὰς 262. ἔθους ἐστὶ κρείττον ἢ λειμῶν ἵσας ἀποδείξεις κτὲ τὰς τῶν πρὸ αὐτῆ μαθηρίας ὡς συμφωνήσας αὐτῆ τὰς ἀποδείξεις ἐπὶ τῶν 310  
 σύμμετρα Φιλοσοφῶν τοῖς πολλοῖς ἀνθρώποις 194.  
**Aristotelis** ἐξηγήσι 5. b. 10. 18. a. b. 20. 27. b. 28. b. 53. b. 128. b. 137. b. 140. b. 206. a. b. 260. 242. 213. a. b. 93. 94. b. 99. 105. 109.  
**Ἀκριβέστεροι** τῶν ἐξηγήσων 290. b.  
**Aristoxenus** Musicus. 193 239. 281.  
 εἰ ἀριθμητικοί 13. b.  
**Asclepiodotus** præstantissimus Procli discipulorum 188. b. καὶ ἄλλοις ἔχειται δόγμασι ibid.  
**Aspasius** 96. a. b. 99. b. 127. 130. 132. b. 133. 135. 138. b. 151. 168. b. 172. 178. 192. b. 193. b. 214. 219. 222. 223. 239. a. b.  
**Alexandro** Aphrodisiensi antiquior. 28. b. **Eudemo** junior. 239.  
 ἢ Ἀστυριῶν Θεολογία 150. b.  
**Astronomi** 150. b.  
 ἐπὶ τοῖς βαρβαροῖς 145. b. intelligit Chaldaica Oracula.  
**Boëthius** 46. 180. 181. b.  
**Carpus** Geometra 13. b.  
**Choerili** versus: πότερην κοιλανέει ῥανὶς ὑδατῶν ἐνδελχεῖν 276. b.  
 ἐν Κωμωδίᾳ 71 167.  
**Coriscus**, pro quolibet nomine 207.  
 αἰθάνομαι γὰρ ὅτι κτὲ τὸν μῦθον ὡς κράτων ἔστι τὸ ἐν Φιλοσοφίᾳ μεγάλῃ λαυχίας ἐπιθυμήσας (sermo est de Johanne Philopono) κτὲ τῶν ἄλλων ἀπειρηθῆ, τῆς προσηκῆσης αὐτῶ κτὲ Γραμματικῆν συστάσεως 206. b. ubi interpret: *secundum fabulam is tanquam Cratium, am suvat admodum gloriam. Sed legendum ὡς κράτων, vertendumque: sentio quod quemadmodum ille in fabula cum cornua posceret, etiam etiam est privatus, ita hic cum magnum se jactet in Philosophia, etiam Grammatica peritia, qua ei propria esse debebat, laude excidit.*  
**Damas** in Eudemi vita 216. Δάμας ὁ τὸν βίον Εὐδήμου γράψας.  
**Damascius** ὁ ἡμέτερος Δαμάσκιος 140. b. 147. b. 150. b. 184. a. b. seq. 185. b. 186. b. 187. 189. ὁ ἡμέτερος καθηγεμών 150. illo jam defuncto Simplicius scripsit 184. εἰ ἐκ Δαμασκίου Φιλοσοφῶν ἀπὸ τῶν



ζηηηικώτατον, καὶ πολλές εἰσαγωγῶν πόνος Φιλοσοφίας 146. Δὲ φιλοπονεῖν καὶ τὴν πρὸς τὰ ἱαμβλίχου συμπάθειαν, πολλοὶς ἔκ οὐκ-  
νει τῶν Πράκτου δογμάτων ἐφιστάνειν 188. b. ἐπὶ ἀριθμῷ 183. b. ἐν  
τοῖς περὶ κινήσεως 189. b. ἐν τῷ περὶ τόπων 151. 183. b. περὶ χρόνου  
183. b. 184. 189. b.

Damon Muficus 40. b.

Democritus 5. b. 8. 9. b. 10. 18. 33. 35. a. b. 38. b. 43. a. b. 51. b. 73. b.  
74. b. 76. 89. b. 104. 105. b. 106. a. b. 108. 119. b. 124. a. b. 133.  
140. b. 144. b. 152. 159. b. 165. b. 216. 244. 245. 248. b. 257. b. 273.  
292. 295. b. 310. a. b.

Abderita, Leucippi ἐταῖρος five discipulus 7. Physicus 9.

ex ejus sententia tripliciter differunt atomi, ῥυσμῶν figura, διαθιγῆ  
ordine, & ἑρπῆ situ 39. in κοσμοποιῖα dat fortunæ locum 74.

Dercyllides ἐν δεκάτῳ τῆς Πλάτωνος Φιλοσοφίας 54. b. 56. b. citatur e  
Porphyrio, & Simplicio ipsi haud visus 54. b.

Διωτον ὄνομα 87. b. Dio pro quolibet nomine 229. b. 305.

Diodorus 216. b.

Diogenes Apolloniates 32. a. b. 33. 44. 104. 105. b. 110. 257. b.

νεώτατον γεγονώς τῶν περὶ ταῦτα σχολαστῶν (antiquiorum Physi-  
corum) τὰ μὴ πλεῖστα συμπεφορημένως γεγραφε, τὰ μὴ κτ' Ἀ-  
ναξαγόραν, τὰ δὲ κτ' Λεύκιππον λέγων 6.

Ejus σύγγραμμα ἐπὶ Φύσεως quod evoluisse se Simplicius testatur  
6. locus prolixus ex illo allatus 32. b. seq. ἰστέον ὡς γεγραπται  
πλεῖστα τῷ Διογενί τῶν συγγράμμασι, ὡς αὐτὸς ἐν τῷ περὶ Φύσεως  
ἐμνήσθη καὶ πρὸς Φυσιολόγους ἀνειρηκέναι λέγων, ἔς καλεῖ καὶ αὐτὸς  
σοφιστῆς, καὶ περὶ μείωσολογίας γεγραμέναι, ἐν ἧ καὶ λέγει περὶ τῆ  
ἀρχῆς εἰρηκέναι, καὶ μῦθοι καὶ περὶ ἀνθρώπου Φύσεως ibid.

Diogenes Babylonius 97.

Diogenes ὁ Κύων 236. b. modum quo Zenonem, motum negantem  
confutavit 278. b.

Eleatici 2. 31. (infra, Zeno.)

Empedocles. 5. b. 33. 38. b. 39. 42. b. 43. a. b. 51. b. 60. b. 66. b. 70. 81.  
83. b. 86. b. 87. b. 105. b. 107. 111. 257. b. 258. a. b. 265. 273. 292.  
295. b. 321. b.

ὁ Ἀκραγῶντον, ἢ πολὺ καλῶσιν τῷ Ἀναξαγόρῳ γεγονώς, Παρμενίδῃ δὲ  
πλησιαστῆς καὶ Ζηλωτῆς, καὶ ἐτι μᾶλλον Πυθαγορείων 6. b. Σικελικῆ  
μῦσαι apud Platonem, 11. b.

- Empedoclis** versus 6. b. 7. b. 8. 34. ubi plura ἐκ τῆ πρώτης τῶν Φυσικῶν  
 a. b. 41. 66. b. 73. b. 74. b. 258. 272. b. 310.  
 ἐν τῇ κοσμοποιίᾳ 74. b.  
 ἐκ τῆ δευτέρας τῶν Φυσικῶν 86. b.  
 Mundum σφάραξον dixit 257. b.
- Epicurus** 107. b. 133. 140. b. 152. 159. b. 216. 218. b. 219. b. 257. b.  
**Epicurei** 84. b.
- Euclidis** σχήμα 12. b. 13. b. 14. a. b. 15. 114. b. 119.
- Eudemus** 3. 5. b. 12. b. 14. 15. 16. b. 18. b. 19. 21. a. b. 23. a. b. 24. a. b. 25. b.  
 37. 44. 63. 72. 73. b. 74. b. 75. b. 80. b. 81. 94. 100. b. 107. b. 108. 109.  
 b. 111. 114. a. b. 120. 121. b. 122. 123. b. 128. a. b. 131. a. b. 136.  
 141. b. 165. a. b. 167. 171. b. 178. b. 187. 192. b. 202. a. b. 203. b.  
 206. 207. b. 216. 217. 223. 226. 238. 239. 242. 272. b. 277. 283.  
 a. b. 286. b. 287. b. 294. b. 319. a. b.
- Φιλαλήθης** 239.
- Ejus** Φυσικά 3. 9. b. 10. b. 11. ubi prolixus locus, ut 21. a. b. 25. 26.  
 & 29. (ubi locus quem Alexander Aphrodis. attulit, nec Sim-  
 plicius in suo Codice invenit) 30. 42. b.
- ἐν πρώτῳ τῶν Φυσικῶν 88.  
 ἐν τῆς ἑαυτῆς Φυσικῆς ᾠδῆς Φράζων τῆς Ἀριστοτέλους 201.  
 ἐν δευτέρῳ 93. b. 106. 210. 232.  
 ἐν τρίτῳ 124. 155. b. 167. b. 171. 173.
- Γεωμετρικὴ ἰστορία** 13. b.  
 ἐν τῇ δευτέρῳ βιβλίῳ τῆς γεωμετρικῆς ἰστορίας 13. b.
- Rhodius** 42. b.
- Auditor** Aristotelis 15. 187. τῆς Ἀριστοτέλους πᾶσις κατὰ κελευθῶν 17.  
 ἡ γνησιώτατος τῶν Ἀριστοτέλους ἐταίρων 93. b. ᾠδῆς Φράζων τῆς  
 καὶ αὐτῆς τῆς Ἀριστοτέλους 279.
- πρὸ τῆς Ἀλεξάνδρου (Aphrodis.) ἰσορῶν τῆς Πλάτωνος ᾠδῆς καὶ  
 ξαν, καὶ ἀντιλήγων αὐτῆς 48. b. μέμφομαι τῆς Ἀλεξάνδρου 277.
- Eudemii** vitam scripsit Damas 216.
- Eudori** de Pythagoreis 39.
- Evenus** 175.
- Fabula** de equo & testudine 237.
- Galenus** 73. ὁ θαυμαστός Γαλιῆος ἐν ὀγδόῳ τῆς ἑαυτοῦ ἀποδοκίμης 167.  
 ἡ πολυμαθής 169. b. ὁ φιλοπονιώτατος 242. b.
- Gemini** Epitome τῶν Πασαδανῶν μετεωρολογικῶν 64. b. 65.

καίως &c. 119.

104. b.

b. 293.

Phyficus 24. b.

08. b.

ωδ Πλάτων βι-

ίτιος τῶ παλῶς ἀπο-  
κόν αἴτιον διασάμε-

12. a. b. 13. b. 14. a  
πλασμένοις ἀπυμε-

πρώτῳ τῶν οἰς τὰς κα-

ν, ἐν κεφαλαίῳ δευ-  
τέρῳ κεφαλαίῳ ἰδίᾳ.

b.  
τῆς φιλοσοφίας, ἡ τῶν  
οἰῶν ἡ δὲ 7.

Ma-

Mathematicarum disciplinarum scopus διαβιβάζω τὴν ψυχὴν ἀπὸ τῶν αἰσθητῶν εἰς τὰ νοητά. 82.

